



1. Carpvov / i. iac. / Specimen quintum
de Applicatione Methodi Scienti-
ficæ ad Theologiam revelatam,
Iena.
2. Carpvov / i. joh. Bened. / Diss. de
iure decidendi Controversias theolo-
gicas, Lipsiæ, 1695.
3. Deutschmann / i. Abrah. Henr. /
Diss. de Immortalitate et Immuta-
bilitate Divinæ Essentiæ, Witten-
bergæ, 1692.
4. Gerner / i. Salam. / Diss. II. de Eccle-
siâ triumphante in Cœlis,
Wittenbergæ, 1595

DISPUTATIO THEOLOGICA

DE

CONTROVERSIIS

CVM

SOCINIANIS

QVAM

PRÆSIDE

JONA CONRADO SCHRAMMIO

TH. D. EIVSQUE PROF. ORD. ET PHIL.
EXTRAORD.

DOMINO SVO PATRONO AC
PRÆCEPTORE

OMNI OBSERVANTIA PROSEQVENDO
D. XXIX. NOVEMBRIS MDCCXXI.

DISCVTIENDAM PROPONET
AVTOR RESPONSVRVS

GEBH. HENR. EINVVALD

BRVNSVICENSIS.

HELMSTADII,

TYPIS JOHANNIS STEPHANI HESSII.

DISPUTATIO THEOLOGICA

DE

CONTRORSIIS

CVM

SOCIETATIS

OVAM

PRÆSIDE

JOHANNI CONRADO SCHARAMMO

IN D. THEOLOG. ORD. ET RHEIN.

STRASBORD.

DOMINO SVO PATRONO AC

PRÆCEPTORE

OMNI OBSERVANTIA PROSECVENDO

D. XXXI. NOVEMBRIS MDCXCVI.

DISCVTENDAM PROPOZIT.

AVTOR RESPONDERE

GEN. HENR. FINNVALLD

PRÆSVICERIS

STRASBORD.

Typis Johannis Stephani Henrici



PER-ILLVSTRI
ATQVE
EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
CONRADO DETLEFF
DE **DEHN**
SERENISSIMI BRVNSVICENSIVM
AC LVNEBVRGENSIVM DVCIS
CONSILIARIO INTIMO
HEREDITARIO IN VVENTHAVSEN SCHÖ-
NINGEN RIDDAGSHAVSEN
RELIQVA
DOMINO SVO LONGE BENIGNISSIMO



DISPVATIONEM HANC
SOLENNEM

IN PIAE MENTIS OBSEQUII

TESSERAM

PRO TOT TANTISQUE IN SE
MERITIS

D. D. D.

TANTI NOMINIS

CVLTOR DEMISSISSIMVS
GEBH. HENRICVS EINWALD.

S. TH. ST.



NOBILISSIMO DOMINO
EINWALDO

RESPONDENTI SVO DOCTISSIMO

S. P. D.

PRAESES.

Doctrinam Socinianorum universam unâ
& viginti Thesibus, iisque succinctis, ex-
hibere, & eandem simul refellere suscipis,
EINWALDE Pereximie; eâdem nempè ratione,
quâ eam in Collegiis nostris audiveras, seduloq;
ipse calamo exceperas. Fateor, id jam pridem
malè illos habuisse, quod nostrates excerpserint tan-
tùm aliqua ex ipsorum libris, ut ea exagitent
potius, praesertim levia, quàm ea refutarent so-
lidè. Sed brevibus ad hac respondet Theologus
insignis, Wolfgangus Franzius, in Vindicis
Disputationum suarum contra Valent. Smalcium,
statim sub initium, §. XLVIII, Non necessarium
esse semper, ut hominum istorum minutissima
quæque *κατά τοὺς* ubique paginarum refutentur,
sed potius, ut cujuscunque Controversiæ prin-
cipalis scopus, & istius scopi principalioris itidem
principalior ratio, seu praecipuum fundamentum,
dete-

detegatur, unde non difficilis futura sit ad minora, qualia plerumque cumulentur, ^{et in ipso.} Hoc igitur & ipse exemplo Tuo, cum studiorum Academicorum Tibi ratio publicè reddenda esset, comprobare voluisti, qui simili ratione, præter alia Sancta Exercitia, reliquas itidem Controversias, cum Fanaticis, Pontificiis, Gracis, & Reformatis, nostris præcipuè sub auspiciis pertractasti, & jam quoque in eo adhuc es, ut eandem operam strenuò peragas atque perficias. Ego verò, dum Tibi eximia hoc diligentia Tua specimen non possum non gratulari, facere quoque nequeo, quin publicà simul laude prosequar & præclaram illam industriam Tuam, & solidam rerum sacrarum, ordineque accurato, quamdiu apud nos vixisti, institutam tractationem, à quâ tam multi hoc tempore abeunt, non sine damno suo, quod sentiunt facti adultiores; & fructum inde haud leuem Ecclesia, Tibique ipsi ac propinquis gaudium atque utilitatem præcipuam pollicear. Age igitur, & bonis artibus telam perficere, perge. Deus T. O. M. Tibi adsit gratiâ suâ, & patronos excitet beneficos, qui conatus Tuos honestissimos ubique promoveant. Scribebam Helmstadii d. XX. Novembr. MDCCXXI.



§. I.

Linter Controversias cum Socinianis primum locum occupat illa, quæ est de *Principio Religionis ac Fidei Christianæ*. (a) Quamquam enim Sacram Scripturam recipiant, & in hac viam ad Vitam Æternam revelari admittant, (b) imo etiam Rationem non debere adversari Scripturæ Sacræ, sed potius eidem subordinari, statuant, (c) in ipsâ tamen Dogmatum Sacrorum Explicatione testantur,

A 2

(a) Hæc eo penitus consideranda, quò magis variant Sociniani, & nobiscum facere simulant.

(b) Catech. Racov. Cap. I. de Sac. Script. *Qu. Quanam sit Religio Christiana, velim abs te edoceri? R. Religio Christiana est via patefacta divinitus vitam æternam consequendi. Qu. At ubi ea patefacta est? R. In sacris literis, præsertim Novi Testamenti.*

(c) Smalcius de Sac. Scr. & de ejus Interpr. apud Franz. in Vindic. Theol. pro Aug. Conf. Disp. I. Qu. IV. §. 69. *Ubi interpret-*

tur, sese Rationem suam, non sanam utique sed corruptam,

interpretatione opus est, ibi nos non rationem principaliter sequendam dicimus, sed ex ipsis sacris literis earundem interpretationem petendam esse docemus, adeoque ex ore magistri S. S. toti pendemus. Id. ibid. §. 81. Supra rationem multa habet religio & Sacra Scriptura, & hoc ipso maxime se ipsam commendat, at contram rationem nihili. - Summa enim & ipsa ratio est religio. Hinc ibid. Joh. Licinius §. 86. Fateor, interdum omnibus viribus esse coercendam. Tum videlicet, cum manifestissimis verbis aliquid in Scriptura dicitur, quod vel contra vel supra rationem sit. Ibi ratio subsistat oportet, & humiliter discis aequiescat, neque inquirat, quomodo id fieri poterit. Ut exempli gratia, Scriptura apertissime testatur, quod Deus ex nihilo creaverit omnia. Hoc pronunciatum humana ratio comprehendere non potest, ut cui videatur ex nihilo plane nihil fieri. Quid ergo? Pia admiratione cohibetur ratio, & fides humiliter dicta corripit, tenetque firmiter. Non ergo hic diu disputare, opus, de Convenientia Rationis & Fidei, quæ controversia tot viros doctos exercuit, & circa quam ipsi etiam Theologi nostrates dissenfere, v. gr. Slevogt in Pervigilio de Dissidio Theologi & Philosophi in utriusque Principiis fundato, Gausani ed. 1623. Contra quem scripsit And. Keslerus Quadrigam Discursuum Theologico-Philosophicorum, pro defendendâ Philosophi ac Theologi Concordiâ in utriusque Principiis, contra apparens eorum dissidium, Wittebergæ 1624. Hinc & disputationes de Unicâ Veritate. Hanc enim in Thesi utrinque concedimus, nec quisquam nostrum Mystera contra Rationem hodie dixerit, sed potius supra eandem, utut Ratio subjective sumta sæpe contradicat, juxta Stegmann. Photinianism. Disp. II. p. 16. Imo Scripturæ suo modo Interpretem esse veram Philosophiam, docent Mathefes, Rhetoricæ, Logicæ, Metaphysicæ, Physicæ &c. Sacræ.

tam, non illuminatam per Verbum Dei ac Spiritum Sanctum, sed utroque hoc adjumento destitutam, (d) Crendorum atque Agendorum Principium Cognoscendi ultimum & adæquatum facere, quod & omnia illa suppeditare debeat, (e) & normam explicationi exactam

A 3

præ-

(d) Hinc falsam ipsorum Philosophiam ad oculum demonstravit Keslerus in Logicâ, Physicâ & Metaphysicâ Photinianorum. Jac. Martini Epist. Ded. Libr. III. de Trib. Eloh. *Studio Sapientia quid melius? Id à Diabolo esse, calumniatur atrocissima calumnia: Subtilitate Logicâ quid utilius? Pernitiam eam Christiano esse, maximeque nocere Theologo, nugatur nugacissima calumnia.* - - Philosophiam (nempe veram illam, non mancam aut exorbitantem,) *subjicere Sacra Scriptura, ejusque Axiomata ita circumscribere, ne fidei contradicant, sed potius assensum modeste praebeant, veritatem caelestem suo loco juvent, promoveant, id omne nihil esse aliud, quam decipere, & seducere juventutem, vociferatur insulsissima calumnia.* Franc. Liffmanninus in Synodo Pinczoviensi Ann. 1561. *se non adeo rem & doctrinam fidei, quam verba Scholastica Trinitatis & similia accusare, profitebatur.* Sed contrarium res ipsa docuit, & libri ipsorum adversus fidem, & praesertim erga Trinitatem scripti. Vid. Hornb. S. Contr. L. VIII. Praef.

(e) Id vero est, quod verba Smalc. apud Franz. l. c. Qu. I. §. 77. volunt: *Qua sententia in sacris literis non reperitur, nec ex eâ deduci potest, nec denique cum Ratione sanâ convenit, ne eam deploratissimam, perditissimam, & fallacissimam esse, necesse est.* Ex quibus patet Rationem non tam Scripturae subordinatum, quam peculiare ac distinctum Principium ab ipsis constitui. Hinc recte Stegmann. in Photinianism. Disp. II. *Principia Theologiae Sociniana, duo sunt, Ratio Corrupta, & Scriptura depravata.* Idemque omnium optime probat ex *Inductione Articulorum Fidei.*

præbere. (f) Atque sic statuunt quoque de Instinctu, quo scripserint viri divini, & de Gratia vel ἀποδείξει speciali Spiritus Sancti, qua ad Scripturas salutariter intelligendas opus sit. Nempe & ductu Rationis suæ illos scripsisse, & has solo ejusdem adjumento, quod ipsa illa gratia Spiritus Sancti sit, feliciter intelligi, credunt. (g) Ac proinde Autores sacros per errorem quandam labi potuisse, & revera etiam lapsos esse, tam in meditando, quam in scribendo. (h) Quod verò ad distinctionem Librorum Canonicorum & Apocryphorum, eam hoc modo prorsus tollere videntur, (i) & contra *Usum Veterum*

- (f) Iterum hoc ex *Inductione* optime ostendi potest. Et sic etiam hypothesis libri: *Philosophia Scripturae Interpres edit. 1666. Amstelod.* Autore, ut volunt, Ludovico Meiero, qui- que eum sequuntur, vel defendunt adhuc hodie cum Bælio, aliisque, eo facilius è suis latibulis protrahi potest. Vid. quæ de hac Controv. suppeditavit Dn. Præf. sub fin. Disput. de Principior. Rat. in Theol. valore, Helmstad. 1711. It. Disp. D. Pfaffii contr. P. Bælium Resp. Canstettero. Tub. 1719.
- (g) Ostorod. Inst. c. I. p. 3. seq. *Graviter errare eos, qui putant Scripturam Sacram sine precedente internâ illuminatione & singulari revelatione Spiritus Sancti, nullâ ratione fidem & obedientiam in hominibus operari posse.* Distinguit ergo Stegm. l. c. Qu. 4. inter illuminationem ordinariam & extraordinariam, neque hanc ubique requirit.
- (h) Socin, libr. de Scriptur. Sacr. c. IX. p. 104. c. I. p. 13. seqq. probat, viros ἑσθησθέντες errare in suis scriptis potuisse, & revera errasse. Add. Volkel, de Ver. Relig. lib. V. c. 5. p. 375. 377. Enjedin, Explic. II. Vet. & N. T. p. 378.
- (i) Bene Witteb. in Ref. Cat. p. m. 14. *Allhier ist vors er- ste*

Veteris Testamenti, si non omnino, maximam saltem partem damnare, (k) sive propter obscuritatem, sive propter

ste zu wissen! daß der Autor nicht unterscheidet inter *Libros Canonicos*, die man sonst Glaubens-Bücher nennet! und inter *Libros Apocryphos*, die man Lehr-Bücher heisset.

(k) Hic à *Socinianis* abeunt quidem *Semi-Judai*, qui *Novum Testamentum* ut commentum, *Veteri & Prophetis* contrarium, rejiciendum esse, item ex *Veteri Testamento* nihil ad se pertinere, nisi *Decalogum*, utpote natura notum, statuunt, apud *Jac. Martin.* lib. III. de *Trib. Eloh.* p. 338. De *Prophetis* tamen consentit *Smalcus* contra *Smiglecius* p. 79. parum scilicet interesse, quidnam illi de *Religione* dixerint, aut praeceperint. *Faufus* verò *Socinus* de toto *Vet. Test. Tr. de Sac. Script. Autorit.* Ann. 1611. *Racov.* edit. *Utilis* quidem, inquit, plures ob causas est lectio *Veteris Test. iis*, qui *Novum* recipiunt, id est, hominibus *Christiana Religio*, sed non tamen necessaria. *Cat. Rac.* p. 9. In his, (scilicet *libris N. T.*) & non in aliis *libris* continetur *Christiana Religio*. Et *Smalc.* alleg. *Franzio* l. c. *Qu.* VI. §. 126. *Quid mirum*, si is, qui *Christianam Religionem* tractat, potissimum urgeat *locos Novi Foederis*, cum certum sit, ex his potissimum & principaliter illam demonstrandam esse, & quicquid ex *V. T.* ad eandem offertur, id non tam ad confirmandam eam, vel fidem ei faciendam, quam illustrandam & commendandam eam faciat. *Suis enim propriis* nititur *Christiana Religio* *rexpunctionis & principis*, nec *aliena opis* ullo modo indiget. Et qui aliter de ea sentit, is hoc ipso prodit, se ejus *majestatem* nondum agnovisse. Eodem fere modo sentiunt *Fanatici*. Quasi vero *Vet. Testamentum* in gratiam tantum *Judaeorum*, non *Christianorum* quoque scriptum sit; quò tendunt istæ *Socinianorum* opi-

propter diversitatem Religionis Christianæ, sive denique propter corruptionem Judæorum. (1) De Perspicuitate

opiniones. Huc quoque Disputationes revocandæ, num Mysteria Christianæ Religionis æque clare in Vet. quam in Novo Test. suppeditentur, & num ea sub Vet. Testamento nota fuerint. Quæ confunduntur à Socinianis. Non enim sequitur: Non omnes tam distincte sub Vet. Test. cognoverunt hæc Mysteria, quam sub Novo. Ergo in Scriptura Vet. Testamenti non æque exstant, nec revelata sunt, pro ut Sociniani concludunt.

- (1) De Corruptione V. T. Ref. C. Rac. p. 8. Gleiches Schlags ist's / daß man dafür hält / es könnten die Bücher Altes Testaments wol von den Juden in etlichen Punkten seyn *corruptiret* worden / daran aber nicht viel gelegen / weil doch das Neue Testament vorhanden / so von *Messia* wieder die Juden genug Zeugniß giebet. Denn das ist der *Discurs Socini*. Conf. Cat. Rac. Cap. I. de S. Script. p. 6. Volkel. de Ver. Rel. Chr. p. 376. Quæ à Grotio, Capello, Vossio, Morino, aliisque pro Corruptione Vet. Testamenti adducta, jam non attingemus; quæ quidem in rem suam adducere possent Sociniani, nisi à Buxtorffio, Hottingero, Calovio &c. his satis esset responsum. Conf. etiam *Mare Rabbicinium Infidum*, i. e. Quæst. Rabbunico-Talmudic. Num Talmudistæ aliter aliquando referant sacrum contextum, quam nunc se habeat in nostris exemplaribus Hebraicis? & num sit fidendum Rabbinis? Autore *Claudio Cappellano*, Doctore Sorbonico, qui hoc asserit contra *Valerianum Flavignium* Fac. Par. Sorb. Doctorem. Corruptionem Nov. Testamenti apud ipsos per Inductionem ostendit Stegmann. l. c. p. 13. cum vix locus sit, quem, si nihil ad eum excipere auint Sociniani, non corruptum esse fingant. Et ad id ipsis suppetunt tot *Lectiones Variæ*, qua-

tate Scripturæ Sacræ perperam asserunt, ei Consequen-
tias, (m) quibus Articuli Fidei probantur, ac sensus
Myfticos, (n) eundem in finem adductos, repugnare,
utut ipsi consequentias nectant, neque his carere pos-
sint. Ne quid dicamus de Revelatione, quam magnam
omnino luper ceteros jactitant, (o)

§. II.

Sed cum *πρώτων Λεῦδος* horum omnium sit *Ratio ip-
sorum*, vel *Philosophia Ficta*, huic opponimus 1. Cor. II,
14. (a) *Instinctui proprio*, quo scripserint viri divini,
B pro-

quarum tamen magnum esse abusum ostendit in Dissert. de
Variant. Lection. Script. N. T. Ufu & Abusu D. J. G. Bajce-
rus Altorf. 1712.

(m) Smalc. ap. Franz. l. c. Qv. III. §. 63. *Calumnia est, nos singu-
la, cuncta & omnia, non nisi ex sacris literis expressè & litera-
liter nobis demonstrari jubere. Hoc enim tantum in illis Chri-
stiana Religionis Dogmatibus requirimus, qua ad salutem prorsus
sunt necessaria, in aliis vero, que non sunt hujus generis,
satis statuentes, si ea ex Sacra Scriptura legitima ratione deduci
possint, vel etiam, si non sunt Sacra Scriptura dissona. Refu-
tationem v. gr. quoad verbum: satisfacere; vid. ibid. §. 65,
Conf. Stegm. l. c. Qv. 5.*

(n) Enjedin. ap. Stegm. l. c. Qv. 8. *In eo omnes omnium eta-
tum docti consenserunt, dogmata fidei stabilienda ex sensu literali,
non mystico, quia varius esse pro ingeniorum diversitate potest.
Sed falsa hæc est, quam prodit varietas, cum sensus Mystici-
cus innatus etiam à Spiritu S. sit intentus. Ceterum nos Sen-
sum Mysticum conjungendum ducimus cum Literali, Isti
autem nec conjunctum admittunt.*

(o) Vid. Olear. Controv. cum Socin. Disp. II. §. X.

(a) *Animalis autem homo non percipit ea, que sunt Spiritus Dei:*
Stuk

propriæque *Interpretationi*, 2. Petr. I, 20. 21. (b) *Corruptioni* vel *Errori* Math. V, 18. (c) *Veteris Testamenti* *Obscuritati* aut *Impertectioni*, Luc. XXIV, 25. 27. (d) *Consequentiarum* ac sensuum *Mysticorum* damnationi Math. XXII. 31. 32. II, 15. (e) *Revelationi* majori Phil. III, 16. (f) *Objiciunt quidem*, I) Nihil posse Deum contra rectam rationem. Sed ^{13.} Recta ratio non est, quæ Revelationi Speciali Divinæ locum non relinquit. Contra hanc utique Deus Ecclesiam in hunc usque diem, unâ cum doctrinâ salutari, tueri potuit. II) Revelationem sese agnoscere, imo super Rationem extollere. ^{14.} Ita dicunt. Sed per Revelationem suam nihil aliud intelligunt, quàm Rationis suæ, longe certè corruppissimæ, dictamen; (g) & si quid sani hæc apud eos habet, ut sunt

Argu-

Stultitia enim est illi, & non potest intelligere; quia spiritualiter examinatur. Quem locum vindicat Franz. l. c. Qv. V. tot.

- (b) *Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia Scripturæ propriâ interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu Sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines.*
- (c) *Amen quippe dico vobis, donec transeat cælum & terra, jota unum aut unus apex non prateribit à lege, donec omnia fiant.*
- (d) *O stulti & tardi corde, ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt Propheta! - Et incipiens à Moysè & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturas, quæ de ipso erant.*
- (e) *De Resurrectione autem Mortuorum nonne legistis? quod dictum est à Deo, dicente vobis: Ego sum Deus Abraham & Deus Isaac & Deus Jacob. Non est Deus mortuorum, sed viventium.*
- (f) *Idem sapiamus, & in eadem permaneamus regula. (Canone.)*
- (g) *De limitibus Rationis ac Fidei Franz. l. c. Qv. IV. tot. ideo plenius disserit. Et certe frigidam Socinianis affundunt, quot.*

Argumenta Extrinseca, in ea Auctoritatem ac Certitudinem Scripturæ ultimo resolvunt. III) Videntur adjumentum speciale Spiritus Sancti requirere ad intelligendas Scripturas Cap. IV. Catech. Racov. Qu. III. 13. Per hoc rursus intelligunt vim quandam hominis singularem ac naturalem, penetrandi Scripturas. IV) Nos quoque requirere Apparatum à Philologiâ & Philosophiâ, quo corrigamus falsa, vindicemus vera, & intelligamus revelata. 14. In ipsis tamen Scriptoribus Sacris nec falsa agnoscimus, nec demonstrationem Internam Spiritus Sancti cum institutione hominum, nec revelata cum excogitatis, confundimus. V) Vetus Testamentum esse Regulam Judæorum, Novum verò Christianorum. 15. Non privativè. Nam habent Judæi in Novo, habent & Christiani in Vet. Testamento, quod necessario discant. VI) Ergò utrumque separatim sumtum esse imperfectum. 16. Non sequitur. Utut enim uno possimus esse contenti, melius tamen ex utroque concluditur, Deoque sic placuit. VII) Consequentiarum negationem sibi falso imputari. 17. Negant omnino in illis, quæ putant ad Salutem prorius esse necessaria. Quæ tamen nos nunc κατὰ πρόβιν, nunc κατὰ διόρισιν probamus.

§. III.

Cum ergo Rationem Principium statuunt *Religionis Christianæ*, *Veritatem* quoque hujus ex solâ ratione ubique metiuntur, & iisdem Argumentis Communibus

B 2

pro-

quot vel Philosophiam per Theologiam, sive Theoreticam sive Practicam, sub nomine Philosophiæ Christianæ extendunt, vel Theologiam è Principiis Philosophicis probant, non illustrent.

probant Sociniani, quibus nos Philosophiam præstantiorem delineare atque commendare solemus. (a) Nimirum *vera* hic esse statuunt, quoniam cuique prudenti scilicet verosimilia ac evidèntia sunt sacra dogmata, ac talia, qualibus nemo fidem derogare aufit; *pia* vero Deoque accepta, quæ doceat vel solum Jus Naturæ. Quæ nos dicamus *Mysteria*, v. gr. de Trinitate & Christo, & quæ à vivendi consuetudine aliena, & *Juri Naturæ ignota*, v. gr. diligere inimicos, sua concedere ad evitandas lites,

(a) De his Ref. Cat. Racov. p. 15. Die Ursachen / so allhie / (nempe in Cat. Rac.) angezogen / warum man an den Büchern heiliger Schrifft / namentlich aber an den Schrifften Neues Testaments / nicht zu zweiffeln habet / sind aus Socino genommen / welcher sie alle Viere / wie sie hier im Catechismo nach einander stehen / in seinem Buche de S. Script. Autorit. p. 6. b. ordentlich setzet. Es ist aber mit denselben also beschaffen / daß sie vielleicht denen allein gnug seyn mögen / die sich zu der Christlichen Religion bekennen / darum hat Socinus anderweit die Gewisheit der Schrifft bewiesen / wieder die / so die Christl. Religion nicht annehmen / welcher Ursachen in diesem Catechismo gar nicht gedacht wird. Wir stellen es aber an seinen Ort / wie fest und gewis diese Ursachen allerseits schliessen. Am aller sichersten wäre es / die Gewisheit der Zeil. Schrifft daher zu beweisen / daß es Bücher Zeil. Schrifft seyn / die von Gott eingegeben. Vid. etiam p. 18. sqq. ubi, quæ à Testimoniis & Miraculis Christi, tanquam Viri Divini, & à mortuis excitati, & aliorum sive Gentilium sive Judæorum ac Christianorum, item ab Incrementis Religionis Christianæ, & à Testimoniis Novi Test. de Veteri, &c. sumta, ad Certitudinem S. Scripturæ & Fidei Divinæ non satisfacere, probatur.

lites, &c. perperam è Scripturis intelligi & *veritatem* non minus, quam *pietatem impedire*. (b) Satis igitur esse ad *salutem* (c) & *tolerantiam*, (d) si quis à Gentilibus Idololatriis, verâ unius Dei & attributorum ejus potiorum cognitione, à Judæis, receptione Redemptoris, ab Atheis, spe Immortalitatis, ab omnibus vero sceleratis, morum honestate sese distinguat. Quo ipso cum *Naturalistis & Indifferentistis* convenire, facile constat. (e)

§. IV.

Sed his omnibus directe obstat I. Cor. I, 23. 24. (a) Ipsi quidem opponunt; I) Omnia ex *sacris literis* à te

B 3

pro-

(b) Vid. Olear. Disp. II. contr. Soc. §. VIII. & quos utrinque ibid. allegavit. Differit vero de Usû Mysteriorum Fidei in Praxi Vitæ Christianæ D. Buddeus Disp. Jen. habit. 1713. ubi ipse §. V. factâ Socinianorum ac Spinozæ mentione: *Habet ille non paucos hodie, sibi in eo consentientes, satis aliunde notos. At, quicumque demum illi sint, errant gravissime omnes.* Add. Ejusd. Orat. Inaug. de Verit. ac Pietat. nexu necessario. Jen. 1705. habita.

(c) Cat. Rac. p. 30. de Deo hæc ad salutem necessaria requirit, 1) ut concedatur Deum esse, 2) eum esse Unum, 3) Æternum, 4) Perfectè Justum, 5) perfectè Sapientem, 6) Perfectèque Potentem. Contra Ref. Witt. p. 57. sqq. Olear. l. c. Disp. II. §. VI.

(d) Vid. Olear. l. c. §. VII.

(e) Vid. Disp. D. Wernsdorff. de Indifferentism. Carolin. Witt. 1717. in Præf. Add. Prælim. Dn. Præf. contrâ Atheos & Naturalist. & huj. Disp. §. ult. Olim certè Fr. Puccius nunc ad Socinianos nunc ad Anabaptistatâ accessit, teste D. Schmid. Diff. de Puccio Lips. 1712.

(a) *Nos autem predicamus Christum crucifixum: Judæis quidem*
scam-

probari. Sed ³⁴. Sinistra scilicet explicatione, & ad rationis decempedam. II.) Patres ipsos Religionem Christianam *Philosophiam* dixisse. (b) ³⁵. Intelligentur *Philosophia* sublimis vel Christiana, nempe cum additione hac, ut à vulgari illâ distinguatur, quoniam continet *Mysteria* supra Rationem. III.) Fidem non debere esse *cæcam*. ³⁶. Fides nôsse minimum debet, quæ credit, utut, quomodo se habeant, in pluribus nesciat. IV.) *Contradictiones* accusant, Religioni Christianæ indecortas, si de-

fit

scandalum, Gentilibus autem sultitiam, Ipsi autem vocatis Judeis atque Græcis Christum, Dei virtutem & Dei sapientiam. Quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus, & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Hinc ergo, si Quæstio incidit: Num, & in quantum è Verbo Dei Socinianis responderi possit? Respondemus verbis Bezae Epist. XVI. p. 112. Extra controversiam positum est, oportere nos ex unis divinis scriptis Prophetarum & Apostolorum sapere. Sit illud quoque certum, formulis & phrasibus Scripturæ esse nobis studiose insistendum. Et Ep. LVII. p. 242. Quod autem dicere audeas, testimoniis & veris principiis Scripturæ, quamvis male accommodatis, nisi Antitrinitarios, ideoque ex Verbo Dei ipsis responderi non posse, certe vox est, piis omnibus intolerabilis. - - - Alias va nobis, nisi ex Dei Verbo blasphemias impiorum refellere solidè & verè possumus. Quanquam enim Rationes vel Argumenta Communia haud prorsus contemnamus, ubique tamen sufficit ac præferenda est Scriptura Sacra. Add. Franz. Disp. II. §. III. Qu. I. Utrumne cum Photinianis disputandum sit è solis Scripturis?

(b) Clem. Alex. libr. I. Strom. p. 282. *Philosophia Græcos pedagogi more ducebat, sicut Lex Hebræos, ad Christum. Id lib. VII. Strom. p. 710. Philosophia Græca veluti præpurgat & præparat animam ad fidem accipiendam. Et lib. I. p. 319. Philosophiam Græcos quondam per se justificasse.*

fit ratio. ^{Et} Ita solum videtur, perperam, & secundum carnis seculique principia judicantibus. Aliàs, quanquam sæpe sint difficilia, non tamen rectam rationem, id est, cum Spiritu divino conjunctam, respuunt Mysteria. V) Conveniens esse *Religioni Christianæ*, non condemnare, nisi non Christianos, & hos quidem Deum non timentes, (c) juxta illud Act. X, 34. (d) ^{Et} Decus Christianæ Religionis sunt *Veritas & Concordia*. Quod si qui oppugnârunt, semper ab Ecclesia rejecti. Locus ex *Actis Timorem Dei*, cum *Fide* in Christum, conjunctim præsupponit.

§. V.

De Deo, (a) ex *Natura & Lumine* cognoscendo, statuunt, quod *Notitia* hujus absque *Traditione* hominum nulla sit, (b) nullaque *Evidentiâ* primorum de Deo Principio-

(c) Justin. Mart. Apol. ad Antonin. Pium: *Qui cum ratione & verbo vivere, Christiani sunt.* - - - *Quales inter Græcos Socrates & Heraclitus, aliique iis similes.* Et in Colloqu. cum Tryphon. *Et illi, qui aternas Naturæ leges sequebantur, Deo placebant.* Sed de his locis D. Niemeier. Disp. II. de Statu Gentilium post hanc vitam, hab. Helmst. 1694. §. IV. sqq.

(d) *In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus: sed in omni gente, qui timet eum, & operatur justitiam, acceptus est illi.*

(a) Witteb. Theologi in Ref. C. Rac. p. 57. *Hey diesem Articul thut sich auff der Abgrund der allervornehmsten Irthümer / derer dieser ganze Catechismus voll ist.*

(b) Osterod. Instit. Germ. Cap. I. p. 3. *Daß aber die Menschen von Gott / oder von der Gottheit etwas wissen / daß haben sie nicht von Natur / noch aus der Betrachtung;*

cipiorum è solâ *Naturæ* Contemplatione, sed summa potius obscuritas. Hinc quoque τὸ φανερόν illud Rom. I, 19. (c) de notitiâ per *Revelationem* inter Judæos in vulgus notâ, exponunt. (d) *Nomina Dei*, quæ in Scripturâ, tanquam sibi soli convenientia, nobis manifestaverit, etiam alibi aliis tribui creaturis. (e) *Deum ipsum* verò rerum omnium substantiam, nec in se Immutabilem, statuunt. (f) *Attributa Dei & Actiones ejus Immanentes* non Realiter ab ejus Essentiâ differre, sed potius esse ejus Accidentia, ut sunt qualitates hominum, Bonum esse, Justum esse, &c. (g) In se certè nec Immensum esse Deum,

trachtung der Schöpfung/ sondern von hören sagen/ sintemahl sich GOTT vom Anfang dem Menschen also offenbahret hat. Conf. Socin. in Præf. c. 2. Et in partem contrariam Stegm. I. c. Disp. III. Qu. 1. & 2.

- (c) *Quod notum est Dei, manifestum est in illis, Deum enim illis manifestavit.*
- (d) Sic etiam Grotius ad h. l.
- (e) Socin. contra Wickum c. 6. class. 4. arg. 1. *Sciendum est, nomen Deus, suâ naturâ esse nomen appellativum.* Siciidem de Jehovâ.
- (f) Beza Epist. I, p. 10. de Serveto: *Dei substantiam & mutabilem fecit, & rerum omnium partem esse, docuit.* Conf. etiam ejusd. Epist. VII. p. 64. & quomodo sic cum Fanaticis conveniant Epist. VI. p. 59. & cum Atheis Epist. XVI. p. III. ubi sic inquit: *Cum nemo unquam in Ecclesia senserit aliud esse Arianismum, quàm Atheismum, quia qui Filium non novit, ne Patrem quidem novit.* Imo & Athei Deum cum Natura prorsus faciunt eundem. Conf. §. ult.
- (g) Goslav. in Ref. Kekkermanni Part. I. c. V. *Ille facultates, quæ in Deo resident, & quibus aliquid agit, non sunt ipse Deus, quia*

um, nec Simplicem, nec Infinitum, (h) nec Æternum, nec Justum, (i) nec Omniscium, imprimis circa Contingentia, (k) sed cum relatione ad alias creaturas tantum, in specie verò ad hominem, illorum effectus sentientem. Quæ etiam ratio sit, sub quâ in Scripturis illa

C

depin-

quia velle Dei esset Dei posse, & contrâ. Et ibid. Non esse Deo has coeternas, sed quod sint, cum aliquando non fuerint.

- (h) Smalcicus apud Franz. l. c. Disp. II. §. L. *Nolo nunc perstringere errores de Infinitate Immensitateque presentie Dei, qualem sibi somniant Lutherani. - - - Nam quæ naturâ suâ impossibilia sunt, ea nec ipsum Deum facere posse, omnes sani Theologi & Philosophi etiam concedunt; quod idem etiam de Infinitate & Immensitate scientiæ statuendum esse, jam demonstratum est in Prælectionibus Fausti Socini. Et ibid. §. LI. Essentia & Presentia Dei in omnibus locis, (nempe talis, qualem sibi fingit Franzius,) nulla datur, nec enim frustra Deus in cælis esse dicitur. Contra Vorstium hîc vid. Becan. Libr. de Attrib. Divinis c. V. & Grauerus Quæst. Illustr. Disp. II. Qu. 6.*
- (i) Vid. Olear. l. c. Disp. VII. §. 36.
- (k) Socin. ap. Stegm. Disp. XIII. Qu. I. *Plurimos esse locos, qui nullo pacto intelligi aut explicari queant, ista Præscientia admittatur: imo si ea admittatur, multa, quæ Deo in Sacris Literis tribuuntur, vel falso tribui, vel ipsum Deum ejus imprudentia, quæ nec in hominem quidem cadere, nisi plane dementem, potest, omnino coarguere. Et ibid. ad Qu. 2. Socinus: Quæ nec fuerunt, nec sunt, nec certo futura sunt, nullo modo sunt. Itaque ea Deo presentia esse nequeunt. Et ad Qu. 3. Etiam si Deus non omnia noscat, antequam sint, nihil tamen absurdi inde apparet. Cui enim usui, obsecro, ista prænotio esset? - - - Certe prænotio ista tantum abest, ut aliquid Deo tribuat, ut potius illi non nihil adimat. Quæ quidem Socini sententia ad eas refertur, quæ in Cat. Rac. non sunt expressæ, in Ref. Witt. Cat. Rac. Præfat.*

depingantur. Reliqua de his, hominum figmenta esse, & noxia magis, quàm proficua fidei salvificæ.

§. VI.

Sed præter locum Rom. cit. repugnat Socinianis de *Notitia Dei Naturali*, Act. XIV, 16. (a) de *Immensitate* ejus, (b) Act. XVII, 27. & *Simplicitate*, 1. Tim. VI, 15. 16. (c) Objiciunt I) *Notitiam Dei Naturalem* dici *Revelatam*, Rom. I, 19. (d) Sed β . Statim tamen adjicitur, mediantibus Creaturis eam revelari. II) Si esset *Cognitio Dei Naturalis*, omnes homines eam haberent. (e) β . Non sequitur. Nam & Naturale est homini, gigni eum ratione præditum. Nec tamen omnes ratione præditi sunt, sed dantur exceptiones. III) Non dari *Ideas Innatas*, secundum Philosophos saniores. Ergò nec Dei. β . Aptæ tamen quædam sunt *Ideæ*, ut sponte propter *Lucem Naturalem* inferantur, nemine instituyente, v. gr. duo & unum esse tria, non quatuor. IV) *Christo* esse communicatam *Divinam*

(a) Non sine testimonio semetipsum reliquit, benefaciens de caelo, dans pluvias & tempora fructifera, implens cibo & latitia corda nostra.

(b) Definens statuta tempora, & terminos habitationis eorum, quare Deum, si forte attraherent eum, aut inveniant, quamvis non longe sit ab unoquoque nostrum. In ipso enim vivimus, & movemur, & sumus.

(c) Rex Regum & Dominus Dominantium: qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, nec videre potest.

(d) Hunc locum objicit Cat. Racoviensis. Item 1. Cor. II, 14. Sed utrumque vindicant Witt. in Ref. hujus Cat. p. 52. sqq.

(e) Sic Ostorodius l. c. p. 10. Wenn die Erkenntniß Gottes natürlich wäre / so hätten sie alle Menschen.

vinam Majestatem, ut Homini. Ergò & competere Creaturæ. β. De eo sermo non est, quid per Communicationem fiat, sed, quid per Essentiam, nempe an hæc ipsa competat Creaturæ, unà cum Nomine Dei Essentiali, & quidem per ejusdem Naturam. V) In *Sacris Literis* Attributa Dei per modum Accidentium describi, & sibi invicem substitui. β. Hoc fit per συγκατάβασι. VI) *Nihil in Scripturis* de Simplicitate Dei, nec de Infinitate & Immensitate Essentiæ ejusdem. β. Non quidem iisdem verbis, attamen eodem sensu. VII) Ad *Metaphysicam* has disputationes pertinere. β. Non minus ad Theologiam, ut rerum constet veritas, nec saltem negetur, falsa esse contraria. Unde & ex *Metaphysicâ*, ad quam confugiunt, facile refelli possunt. (f) VIII) Fateri nos, lucem Dei, in quâ habitet, esse *inaccessibilem*, è i. Tim. l. c. β. Lux illa tamen non omninò excludit omnem cognitionem.

§. VII.

Quemadmodum verò Sociniani Unam Dei Essentiam (a) propugnant, ita *Trinitatem Personarum* ferre

C 2

ne-

(f) Hoc ex professo suscepit Keslerus in *Metaph. Photinianorum*.

(a) Quomodo pugnent adhuc inter se Fratres Cadmæi de Divinæ Essentiæ Unitate, jam suo tempore observavit Beza Ep. XIX. p. 119. *Isti, de quibus nunc agimus, & qui primi Tragediam excitarunt, ut ipsius etiam Arrii insaniam superarent, (alioqui cum ipso in eo consentientes, quod unius Dei ad solum Patrem restringentes appellationem, Filium Patre minorem statuunt,) ita ut insanos decet, simplicissimam Essentiam dividunt, ut majus & minus in ipso inveniant, & Deitatis propagationem imaginati cum Fanatico Philopono, quam ipsi Essentiationis nomine intelligunt, re ipsa plane duos Deos constituunt, & quidem impares.* Idem Epist,

nequeunt, (b) sed ab Ethnicis profluxisse scribunt, (c) & Antichristi esse commentum, (d) ipsisque nostris Doctoribus quibusdam nomen exosum; (e) ideoque *Unam* tantum in Catechismo Racoviensi Dei statuunt *Personam*. (f) Idque ideò, ut neque *Christum*, quoad Naturam & Essen-

Epist. XVIII. p. 117. *Esse, qui Essentiam dividant, qui verbum Increatum arbitrentur, & qui Verbi Hypostasim inficiari in Transylvania cæperint.* Conf. Ejusdem Epist. XV. & XVI. it. Ep. XXVIII. p. 167. ad Petr. Statorium. Add. contrà Trinitatem Fauſti Socini contrà Wujek. & Bellarmin. Paul. Tarnovium: & Præliminar. Dn. Præf. contr. Socin. ubi de Tritheitis & Bideitis §. IV. Not. 22.)

(b) Non tantum Servetus, sed & Schimberg, Præf. Lib. Sommeri contr. Petr. Carolinum: *Trinitatem & Divinitatem Filii non esse Articulos Fidei veros, quia sint impossibilia mentis, & blasphemata Dogmata, ex imo orco per Filium Perditionis Virtute Sathana Ecclesiis gentium obruta.* Sed contrà Diss. De Necessitate Credendi Trinitatem Hochsteteri, Tubing. 1616.

(c) Meminit ideo Franzius l. c. Disp. II. §. XII. Joh. Sommeri, Pirnensis Misnici, qui An. 1571. scripserit librum, qui cum aliis nonnullis scriptis Photinianis in publicum prodierit A. 1583. sub ficto titulo, Ingolstadtii ex Officin. Petri Ravitii, quo ipso Myst. Trinitatis ex Platone, Aristotele, & aliis, in contumeliam nostri, & eodem modo, ut nos è Scripturis, probare conatur. Præcipua hujus Libri Contenta examinat Franz. l. c. Conf. Rothii Disp. de Trinitate Platonicâ, cum quâ scilicet Trinitatem Böhmitarum confert, Præf. Carpzov. Lipf. 1693.

(d) Sic idem Sommer. apud Franz. l. c. §. XXVII.

(e) Vid. Franz. l. c. §. XXXI. & add. Zornii Lutherus Catholicus. Lipf. 1702.

(f) Nempe Qu. XXI.

Essentiam suam Deum, (g) neque *Spiritum Sanctum* etiam in suâ Essentiâ Deum esse, defendant, sed *Christum* Naturâ suâ vel Deum aliquem dependentem ac secundarium, quemadmodum Ariani, item Erasmus Johannes, (h) Sandius, (i) & similes (k) sentiunt, vel nudum hominem, ut Photinus & Socinus, (l) *Spiritum* verò *Sanctum* Donum & Virtutem quandam Dei esse, non Personam peculiarem, (m) asserant. Quo pacto, si Filius Dei

C 3

Dei

(g) Vid. paulo post §. XIV. de Christo.

(h) Extat inter hunc & Faust. Socinum Disputatio, De Unigeniti Filii Dei Existentiâ, edit. Racov. 1626. ubi acriter ideo disputatum. Edidit verò eam, & Hieronymo Moscorovio inscripsit ipse Socinus.

(i) De hoc vid. Prælimin. Dispp. cum Socinian. §. V. Not. (40)

(k) Sic Wifthonus, omnesque, qui è Dependentiâ Filii ejus Naturam Inferiorem colligunt; contra quos Braun. sub fin. Comm. ad Hebr. Vid. Prælim. §. II. Not. (o)

(l) Ita quoque Cat. Racov. de Naturâ Christi, quod *Scriptura unum tantum, qui Naturâ Deus sit, nobis monstrat, nempe Patrem Christi, Christumque suâ Naturâ esse Hominem*, testetur, & possidere, qua habet ex donatione Patris, omniaque sua opera soli Patri adscripsisse. Vid. Stegm. l. c. Disp. V. Qu. I. Christophori Frankii Demonstratio Deitatis Christi, contra Exceptiones Schlichtingii, de qua Act. Er. 1706. p. 233. seqq.

(m) Smalc. in Ref. Dispp. Graueri p. 6. *Certo loquendi modo concedi potest, Spiritum S. appellari Deum, quo scilicet omnia, qua in Deo sunt, naturaliter Deus esse, dici solent.* Vid. Stegm. Disp. VI. Qu. 2. item Dannhauer. Weinreich. Rungium. Wittichium. Cloppenburg. qui omnes contra Socinianos pro Deitate Spiritus Sancti. Sandius, ut Hypostasim Spiritus S. videretur asserere, per eum *Collectionem Spirituum Bonorum* intelligi posse, putat. Bidellus *Unam Personam Angelicam* statuit. Vid. Carol. H. E. lib. VIII. p. 208.

Dei dicitur Unigenitus, idem hoc esse putant, ac si Dilectissimus vocaretur. Verbum autem appellari Joh. I, I. (n) impropriè & secundum Humanam Naturam. Neque etiam hinc adorandum esse Spiritum Sanctum, distinctè à Patre, (o) sed sub ratione Virtutis ac Potentiæ Dei, (p) neque Filium, nisi cultu secundario. (q)

§. VIII.

Obstant verò aperte Socinianis Matth. XXVIII, 19. (a) I. Joh. V, 7. (b) & totius Ecclesiæ Christianæ Confensus.

- (n) *In principio erat Verbum. - & Deus erat Verbum.* Ad quem locum olim Socinus, sed contrà eum primò Zanchius, ubi secundum Hornbec. Sum. Controv. cum Socin. p. 563. hominem sibi notum describit; & Limborchius quoque Lib. II. Th. Chr. c. 17. Explicationem hanc Socini refellit.
- (o) Cat. Racov. p. 248. *Ex iis locis, quæ propria Persona tribuunt Spiritui Sancto, non potest evinci, Spiritum Sanctum esse personam; quia Peccato etiam tribuitur, quod occidat, Rom. VII, 2. vid. Stegm. Disp. VII. Qv. 8.*
- (p) Socin. in Animad. cap. 13. fol. 323. *Quamvis exemplum fortasse nullum ejus rei inveniat, tamen non videmus, cur quispiam Deum, unàque ejus Virtutem atque Potentiam, invocare non possit, quam constat non esse Personam.*
- (q) Vide paulò post §. XIV. de Christo. Nam variant de Adoratione Christi. Conf. Prælim. contr. Socinian. §. IV. Not. (24.)
- (a) *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti: docentes eos servare omnia, quæcunque mandavi vobis.* Contrà quem locum excipitur in Cat. Rac. Qu. XXXIII. sed vindicatur ille à Theol. Witt. in Ref. p. 81. seqq. Franz. l. c. Disp. II. §. LXVI. D. Faust. Disp. de adorando Trin. Mysterio Argent. 1667. rec. Witt. 1712.
- (b) *Tres sunt, qui testimonium dant in caelo, Pater, Verbum & Spi-*

fenfus. (c) Objiciunt I) Non ideo esse tres Personas in his locis, sed tres solum. (d) Sed *3.* Tres isti vel Essentiâ, vel Personis distincti. Non Essentiâ, quoniam sunt Deus, qui dividi nequit, ut jamjam constabit ex objectione sequenti; Ergò saltem Personis. II) Non tamen tres illos verum Deum esse, nisi Mosen Deum vocare velis, in quem dicuntur baptizati Israëlita, 1. Cor. X, 2. (e) *3.* In Nomine alicujus baptizari, notat supremam circa Baptismum autoritatem. Ac proinde non extat, in Mosis Nomine Israëlitas fuisse baptizatos, sed IN, hoc est, PER Mosen. III) Obstare loca Act. II, 38. (f) Rom. VI, 3. (g) *3.* Néc in his locis idem est, in Christum, & in Nomine Christi baptizari. IV) Spiritum Sanctum nusquam Deum expressè vocari, (h) *3.* Sufficit, quod ita voce-

Spiritus Sanctus; & hi tres Unum sunt. De quo loco vid. Franz. l. c. §. LXIV. seqq. Ref. C. R. Witt. p. 88. Gerhard. Disp. duas, & D. Kettner. Tr. peculiar.

(c) Hunc variis modis effugere tentant. Vel enim cum Smalcio apud Franz. l. c. §. VIII. certo sibi persuasum habent, Ecclesiam illam, quam nos Catholicam appellamus, multis in rebus gravissime errasse. & errare; vel cum Sandio, in Nucleo Hist. Eccl. Patres & Scriptores reliquos Ecclesiasticos plerosque faciunt Arianos, contra quem tamen Bullus Def. Fid. Nic. & Gardiner. Vid. Prælim. §. VI. Not. (49) Sic & Paxillus in Monomachia, ex Patribus omnium seculorum ostendit, eos ante Athanasium non fuisse Arianos.

(d) Ita Catech. Racov. l. c.

(e) Omnes in Moysè baptizati sunt.

(f) Baptizetur unusquisque vestrum in Nomine JEsu Christi.

(g) Quicumq; baptizatur in Christo JEsu, in morte ejus baptizati sumus.

(h) Smalc. in Ref. Disp. Graueri de Spir. S, p. 6. *Argumento & Syllo-*

vocetur verbis æquipollentibus, aut per pronam Confequentiam. Ut quid enim hanc negant, quam alibi admittunt? V) Voces Personæ ac Essentiæ *Philosophicas* esse, litibusque expositas, & vel propter hanc rationem in Theologiâ haud necessarias. R. Cur ergo ipsi adhibent? (i) Et cur ipsi *duas*, & Arminiani concedunt, *Tres* dici posse *Essentias*? VI) Derogare Trinitatem *Unitati* Dei, *Gloriæ* Patris, viâ ad *Salutem*, & Christianæ Religionis *incremento*, cum omnes ab eo abhorreant, quod fanæ rationi adversatur. (k) R. Derogaret Patris Unitati & Gloriæ, si ejus *Essentia* simul divideretur. Via autem ad *Salutem*, & Religio Christiana, ut Exemplis Naturalibus non probatur, ita nec iisdem adversari potest. VII) Trinitatem in *Vet. Testamento* planè fuisse incognitam. (l) R. Hoc falsissimum

Syllogismo, ad ostendendum, quod Spiritus S. Deus appellatur, nititur Grauerus. Quomodo igitur jure dicere potest, Spiritum S. expresse Deum dici in Sacris Literis, nos vero mirari, quid id negemus? At Stegm. l. c. p. 67. Nec obstat, quod non habetur in Sacris hac propositio: Spiritus Sanctus est Deus; sufficit, quod is, qui modo vocatur Deus, mox dicitur Spiritus Sanctus, & vice versa; . . . per Syllogismum autem non tam rem ipsam, quam evidentiam Deitatis Spiritus S. ex locis adductis ostendimus. Quin verò ideo totidem verbis Deus haud dicitur, quod absurdum videretur, Spiritum Dei Deum esse, negare.

- (i) Nempè in Catechism. Racov. Qu. XXI.
 (k) Quatuor istæ exceptiones vid. in Cat. Rac. Cap. I. de Cogn. Dei, ubi etiam hæc verba: *Sententia adversariorum est maximum impedimentum apud Infideles, quo minus Christianam religionem accipiant, quia talia affirmat, que veritati Dei & rectæ rationi adversantur.* Vid. Ref. Witt. p. 95.
 (l) Sommer. L. I. c. 2. Ref. Carolin. *Neque enim in universâ illâ doctrinâ.*

fissimum est, & probant eam Allixius, (m) Meyerus, (n) aliique, è solo Veteri Testamento, rationibus certè ac testimoniis sufficientibus, utut Infidelibus & Socinianis fortè haud arrideant.

§. IX.

Creationem Mundi à Conservatione ejus Sociniani non solent distinguere accuratius, sed contra, quicquid hinc differentiae intercedit, silentio præterire. (a) Constat autem, non ex *Nibilo*, Negative sumto, sed ex *solis Privationibus* rerum creatarum principia eos deducere. (b) Atque hinc *Materiam & Angelos* jam ante Hexaëmeron

D

Mo-

doctrinà jota unum reperietur, quod vel suspicionem saltem hujus opinionis, apud Judæos ante Christum fuisse, ostendat. Conf. Stegm. l. c. Disp. IV. Qu. 3.

(m) *Ausspruch der alten Jüdischen Kirchen wieder die Unitarios, &c.* ex Angl. in Germ. Berolin. 1707.

(n) De hoc A. Er. 1713. p. 65.

(a) Benè Witt. in Ref. C. R. p. 102. *In welchem Discours (de Voluntate Dei) wir nichts sonderliches zu erinnern haben / ohne daß der Articul von der Schöpfung und Providenz Gottes wol etwas ausführlicher hätte mögen iralliret werden. Denn es ist einem Christen viel daran gelegen / daß er Gottes Geschöpfe recht erkenne / und wisse / daß Gott für die Menschen sorge / auch wenn es ihnen übel gehet / ic. Aber es eilet der Catechismus zu der Lehre von Christo.*

(b) Vid. Kesler. in Phys. Phot. Qu. 1. Volkel. L. 2. de Ver. Rel. c. 4. *Ideo Deus ex nihilo omnia secisse dicitur, quia ea creavit ex materia informi.* Coæternam tamen Deo non dicit. Ita nec Angelos; cum nihil præter Deum sit à seipso. Vid. Tit. Disp. Th. Disp. III. §. VIII.

Mosaicum extitisse, (c) statuunt, Angelosque in ipsâ Mundi creatione, tanquam Causas medias & instrumentales, Deo esse cooperatos. Multos etiam Angelorum Matorum pœnitentiam egisse, post Christi in carnem adventum. (e) Ut ut de his nihil in Catech. Racoviensi. Ceterum circa *Providentiam Dei* primò in eo aberrant, quod Deum *Immediate & Essentialiter* omnibus Creaturis *adesse* negent, contra verò solâ cognitione & potentiâ suâ hoc universum gubernare, asserant. (f) Deinde etiam, quod *Præscientiam Dei* pernegent, præcipuè quantum ad futura *Contingentia*, & ad Actiones Hominum Liberas, tam Bonas, quàm Malas; quæ tamen pars præcipua est *Providentiæ Divinæ*. Sociniani autem hæc necessariò fieri persuasi sunt, nec à Deo mutari, aut immediate dirigi, quæcunque absque præscientiâ ipsius eveniunt. (g)

§. X.

Sed hæc omnia dicuntur contra Hebr. XI, 3. ubi *Creatio ex Nibilo*, (a) & Es. XL, 12. (b) ubi *soli Deo* tribuitur; 1. Joh. III, 20. (c) Prov. XIX, 21. (d) ubi de *Præscientia*

(c) Ita Smalc. Ref. Thef. Franz. p. 12.

(d) Vid. Olear. l. c. Disp. VII. §. 38.

(e) Enjedin. in Explic. Locor. Script. p. 252.

(f) Vid. supr. §. V. Not. (h)

(g) Vid. ibid. Not. (k)

(a) *Fide intelligimus, aptata esse secula verbo Dei, ut ex invisibilibus visibilia fierent.*

(b) *Quis appendit tribus digitis molem terra? Et v. 28. Num quid nescis, aut non audisti? Deus sempiternus Dominus, qui creavit terminos terra.*

(c) *Major est Deus corde nostro, & novit omnia.*

(d) *Multa cogitationes in corde viri; voluntas autem Domini permanebit.*

scientia & Omniscientia Dei. Excipiunt I.) Materiam Primam Æternam & Increatam esse, non videri impossibile. *By.* Si Revelationem Scripturæ Sacræ non haberemus. Imò nec tum probabilior foret Materiæ vel Independentia, vel Mundi Æternitas, quam ejus Initium. Nam Aristoteles Disputationem de Æternitate Mundi ad ea revocat, quorum rationes nimis difficiles, aut nullæ. (e) II.) Scripturam testari, v. gr. Gen. I. Deum, antequam faceret quicquam, fuisse, & in principio, nempe Creationis, Cælum & terram condidisse, non autem ipsum solùm æternum extitisse. *By.* Id, quod fecisse dicitur, utique tum cœpit. III.) Diabolo credere, & Christum profiteri, Jac. II, 19. (f) & Luc. VIII, 28. (g) *By.* Fides eorum talis, qualis Socinianorum. Nec conjuncta cum Fiduciâ, sed cum terrore. Et Professio est coacta, nec Fidem indicans. IV.) Sufficere, si Deus adit rebus creatis vel solâ Potentiâ, nec opus esse, ut Substantiâ quoque suâ iisdem adsit. (h) *By.* Omnino opus hoc est

D 2

ad

- (e) Sic enim ille I. Topic. c. XI. §. 3. *Sunt autem problemata, quorum sunt Syllogismi contrarii, - - - & de quibus rationem non habemus, χαλεπὸν δόμενοι εἶναι τὸ διὰ τῆ ἀποδείξειαι, διον, πότερον ὁ κόσμος αἰδῖος, ἢ ὕ, καὶ γὰρ τὰ τοιαῦτα ζήτησειν αἰ τις, putantes difficile esse, ut offeratur ratio, quamobrem ita sit; veluti: Utrum Mundus Æternus, an non; nam & qua ejusmodi sunt, quasiverit quis; (nempe satis diu & in perpetuum.)*
- (f) *Tu credis quoniam unus est Deus: Bene facis: & Demones credunt, & contremiscunt.*
- (g) *Dixit: Quid mihi & tibi est Jesu, Fili Dei Altissimi? Obsecro te, ne me torqueas.*
- (h) *Vid. supr. §. V. Not. (k)*

ad Essentiam Dei, quæ Simplificissima est, & Immenſa. V.) Quidquid Deus præſcit, futurum eſſe, id neceſſitate quâdam fieri debere, aut Deum falli. Sed Actiões Hominum Morales eſſe Liberas, non Neceſſarias. ^{34.} Id jam diu à Scholaſticis oſenſum, Præſcientiam Dei Actiões hominum Liberas haud facere Neceſſarias. Non enim has Deus præſcit, niſi in ſuis cauſis, quæ aliàs conditiones vocantur, & à mente hominis pendent, quæ tota Deo aperta. (i)

§. XI.

Circà *Noviſſima Hominis primò omnium Animæ Immortalitatem* negant, quoad Subſtantiam ſuam, quanquam de Modo Immortalitatis, & Tempore, quamdiu nempe illa duratura fit, adhuc inter ſe litigent. (a) Hinc quoque negant omnem ejus *ſenſum & operationem.* (b) Reſur-

- (i) Vid. Diſp. Quod neque Decreta, neque Concurſus Dei neceſſitent Actiões noſtras Liberas, tum in Sphærâ Naturæ, tum Gratiæ, Præs. Oleario Reſp. M. Krumbholz. Lipſ. 1689.
- (a) Socin. ap. Franz. l. c. Diſp. de Eccles. Th. XI. *Animam per ſe non ſubſiſtere, ſed manere ſolum, ut manent, & ad Deum omnis boni fontem redeunt, vires, bona valetudo, ingenium, ſagacitas, ſolertia & alia ejuſmodi.* Ita quoque de ἀφ'απορίας in Cat. Racov. p. 23. eam de Tranquillitate hominis intelligendam, quâ à malis eſt liber. Vid. Reſ. Witt. p. 41. Franz. l. c. de Extrem. Jud. Sect. IV.
- (b) Smalc. l. c. *An verò Spiritus ille, qui ad Deum redit, & à Corpore ſeparatus eſt, ſenſu aliquo præditus ſit, & an voluptate aliqua perfruatur ante Adventum Chriſti, - - valde dubitamus, imo aliter rem ſe habere, credimus. Nempe - - Spiritum ſine Corpore nullas actiões exercere poſſe.* Conf. Stegm. l. c. Diſp. LVI. Qu. 2.

surrectionem Mortuorum improprie tantum dictam statuant, (c) & restringunt saltem ad Pios; sed iterum more suo hic variant. (d) Animam verò (e) & Carnem, (f) sive Corpora, Resurgentium haud fore eadem Numero, aut Substantiâ, ideoque nec diversarum tantum Qualitatum, sed spiritualia, aut quod idem sit, Spiritus ipsos, affirmant. Solos autem vivos, quos Deus die novissimo offendet, immutatum iri. Visionem Dei Beatificam Oculis Corporeis futuram, & quidem quoad Essentiam. (g) In Lege ta-

D 3 men

- (c) Ibid. *Proprie, quod non est, resurgere, dici nullo modo potest. Resurgere actio est. Actio est suppositi. Mortui non sunt, ut ait Scriptura; imò si sunt, non sunt mortui. Ofhorod, apud eund. Sect. III. Se resurrectionem carnis non valè pñdov credere.*
- (d) Limborch. Lib. IV. Th. Chr. c. XI. §. XI. *Falsum Socinum & asseclas meritò perniciosæ opinionis accusat, quod Impii resurrecturi non sint, & se ab his separat. Schlichtingium tamen à Socino prorsus discrepare, simul §. XII. ostendit. Smalc. ap. Franz. Sect. III. Solos pios victuros in aeternum, nonne est petium ex penetrabilibus sacrarum literarum, qua solâ vite promissione solatur fideles?*
- (e) Smalc. l. c. Sect. IV. *Nimis singulare est, cupere, ut aliquando ea Anima, quam nunc habemus, nobis reddatur, & nos cum ea perpetuo vivamus.*
- (f) Smalc. l. c. Sect. II. ad Arg. VIII. *Falsum est, Carnem & Sanguinem mutari posse in aliquid immortale. Hoc enim est, naturam rerum tollere, quod nec ipse Deus facit. Nam de illis non est dubium, quin sint mutandi, quos Deus vivos offendet; erunt enim mortales, & per raptum in aërem demum fient immortales, qui verò ex mortuis resurgent, in illis mutatio propriè locum non est habitura. Conf. Stegm. Disp. LVI. Qu. 3.*
- (g) Ita Spanh. in Elench. Controv. cum Socin. Nr. LXXII. ex hypo.

men *Moyſis* non comprehendi, utut Deus illis quoque, quibus haud promiſit, eam conceſſurus ſit. (h) *Cruciatuſ Impiorum*, non fore propriè dictoſ, ſed potiùs *Mortem* ipſam, (i) qui ideo *Immortales* in pœnam ſuam dici nequeant. (k) Ignem Pœnam Senſuum haud illaturum; nec *Æternos* (l) fore Cruciatuſ, ſed in abſumtione ſolum conſiſtere; nec omneſ Impioſ, ſed tantum die extremo ſuperſtiteſ, complecti illud Judicium, quod Supremum

hypothefi Vorſtianâ de *Effentiâ Dei Cœlo finitâ*, & ſuo modo corporeâ.

- (h) Ita Catechiſm. Rac. Qu. V. p. 232. ſeqq. vid. Ref. Witt. p. 412. Oſtorodus Inſt. Germ. Cap. V. num. 3. De *Æternâ Remuneratione* nullam fieri mentionem in *Lege Moſis*, nec poſſe probari, quod Deus, antequam *Chriſtus* manifeſtatuſ eſt, *Vitam Æternam* ulli hominum promiſerit. Vid. Præf. J. Gerh. in Comment. ſuum in Deuter. Tit. Coll. MSt. contr. Socinian. Qu. XXVIII.
- (i) Smalc. l. c. ad odioſa & invidia plenaſ quaſtioneſ refert, cum dicitur, infernum eſſe aliquid diverſum à morte, & pluquam mortem.
- (k) Smalc. l. c. Part. Poſter. *Impioſ futuroſ etiam immortaleſ*, nempe in æternum opprobrium, hoc nuſpiam ſacraſ literaſ comprobare, nec ex iſ aliquid ideo afferri poſſe, quod comprobet.
- (l) Smalc. l. c. *Inexinguibilis* dici poteſt, (ignis ſcilicet, Marc. IX. 43.) quomodo etiam igniſ, quo *Sodoma* exuſta eſt, æternuſ appellatur, cum tamen hodie iſ nulluſ ſit, quia ſcilicet æternuſ exituſ attulit iſti civitati. Et ibid. Sect. I. *Se Animarum Immortalitateſ & Vitam Æternam non ſimpliciter negare*. Cruciatuſ etiam æternuſ impioruſ admitti poſſe, ſtatuerè, ſed eo ſenſu, quo dictuſ eſt, quod ſumuſ *Meretriciſ* magna aſcendat in ſecula ſeculorum, & quod *Diaboluſ*, & *Beſtia*, & *Pſeudopropheta*, cruciabuntur die ac nocte in ſecula ſeculorum. Conf. Stegm. l. c. Qu. 4.

mum dicimus, & quod aliquandò, sed non post Resurrectionem Mortuorum, futurum fit. (m)

§ XII.

Sed contrarium docent de Statu Mortuorum, Luc. XVI, 22. seqq. (a) de Resurrectione, Joh. V, 28. 29. (b) Exceperint Sociniani I) Locum Lucæ esse Parabolicum, ideoque probare nihil, nisi scopum Generalem, qui sit Status diversi post hanc vitam mutatio. B. Ergò simul, ille scopus est, ut ipse Status post mortem describatur. II) Joh. XI, II. (c) dici de Lazaro mortuo, quod dormierit. Dormientes autem esse absque sensu. B. Non tamen absque Vitâ, nec absque Phantasiis, quæ Menti sunt Cogitationes. Sed & illud hîc repetendum est, simile tantum scopum suum probare, qui hoc loco est Tranquillitas à Malis. Unde explicationis gratiâ Christus v. 14. dicebat manifeste: *Lazarus mortuus est.* III) Rom. VI, 8. cum *Christo mortuos*, tantum dici cum eodem victuros. (d) B. Vita sæpe pro Gaudiis sumitur, ut hoc loco etiam pro Gaudiis Æternis. IV) Abolendam esse τὴν κοιλίαν, id

(m) Smalc. l. c. locum *Math. XXV, 41. De Resurrectione nihil loqui, sed tantum de iis, quos Christus vivos offendet.*

- (a) *Factum autem est, ut moreretur mendicus, & deportaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Mortuus autem & dives, & sepultus est in inferno.*
- (b) *Venit hora, in quâ omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei; & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem Judicii.*
- (c) *Lazarus amicus noster dormit, sed vado, ut à somno excitem eum.*
- (d) *Si autem mortui sumus cum Christo, credimus, quia simul etiam vivemus cum Christo.*

id est, *Viscera* I. Cor. VI, 3. (e) Ergò & reliquum corpus. *℞.* Scilicet quoad Operationem hujus vitæ, non quoad Existentiam. V) Ergò, aiunt, si nullæ Operationes, nullusque Finis Corporum, nullam quoque eorundem fore *Existentiam*. *℞.* Membris nostris utique Deum laudabimus; Joh. XX, 27. seqq. (f) VI) Si Vita Æterna in *Vet. Test.* revelata, non fuissent Promissiones N. Test. excellentiores; & Judæi quoque illam inde probarent. (g) *℞.* Distinguendum inter Promissiones *Vet. Testamenti*, & *Mosaicas*. Hæ quidem finem solum temporalem, ut tales, respiciebant, illæ non item. Et quid Judæi Christianos morentur, cum illi Vitam Futuram in his terris sperent? VII) Vorstius pro *Visione Dei Corporeâ* objiciet Substantiam Dei Corpoream & Finitam. *℞.* Hæc sententia falsissima est, ut docuimus §. V. de Deo. VIII) *Cruciatu* Æternos non posse ferre destructionem Corporum, quam tamen ab Igne proprie dicto futuram esse in Inferno, necesse est. Unde Sm. ap. Franz. (h) Spiritum redire ad Deum, ideoque Immortalem esse, nec in Gehennam conjici posse. *℞.* Sic statuendum de Igne Elementari, non de Infernali, utut proprie dicto, & Æterno.

§. XIII.

Imaginem Dei in Homine hanc esse, asserunt Soci-
niani, quod, consentientibus etiam Gentilibus, Mentem acce-

-
- (e) *Esca veniri, & venter escis. Deus autem & hunc & has destruet.*
 (f) *Deinde dicit Thoma, infer digitum tuum: - - Respondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus.*
 (g) Ita Smalc. & Ostodorus, cit. Gerh. Præf. in Comm. ad Deut.
 (h) l. c. de Extrem. Jud. Sect. IV.

acceperit, à malis actionibus Liberam, ad quam *Simplicitas* tantum & *Innocentia* quædam infantis aut pueri requiratur, (a) non excellens rerum Notitia ac Sanctitas perfecta; (b) & quod simul *Dominium* in *Brutâ* obtinuerit. (c) *Immortalitatem* autem hinc excludunt, (d) & tantum per *revelationem* constare debere, (e) hoc est, per *Doctrinam* ac *Sapientiam*, non per ipsam suam *Naturam*,
 E arbi-

- (a) Smalc. contr. Franz. Disp. II. p. 44. *Ista Sanctimonia, quam Adamo ante Lapsum tribuit Franzius, unâ cum aliis, idea quædam est, in cerebro ipsorum nata, de quâ ne xpi quidem in sacris literis. Simplicitas & innocentia, si tribuatur Adamo ante lapsum, satis superque est. vid. Stegm. I. c. Disp. IIX. Qv. I. & II.*
- (b) Socin. de Stat. Primi Hominis c. IV. p. 119. *Quod de conjuge propriâ non nisi sensibus obvia cognoverit, imò ne quidem vim arboris scientia boni & mali perspectam habuerit. Et Smalc. de Ve. Dei Fil. c. VII. p. 6. Quod instar Infantis vel Fœri, sensum esse, ignoravit. Vid. Stegm. I. c.*
- (c) Ita Catech. Racov. p. 22. *Contrâ quem Witt. in Ref. p. 37.*
- (d) Hæc est, quæ & in Cat. Rac. I. c. & ab omnibus Socinianis diserte negatur, ad exemplum scilicet Socini, qui *Immortalitatem* hanc primi hominis conatur omnibus viribus destruere. Et benè de hæc controversiâ Stegm. I. c. Qu. IV. *Intricata & difficilis est hæc questio, nec postrema pars Phœnicians Religionis, ex quâ multa alia dependent, ideoque accuratius nobis ponderanda. Smalc. ap. Franz. I. c. de Pecc. Orig. §. LXXVI. Imago, inquit, primi hominis est fragilitas & mortalitas, quam nos perinde circumferimus, ac ille pater noster, primus Adam, quia & ipse à Deo talis creatus fuit.*
- (e) Socin. hinc I. c. c. 4. p. 118. *Quod Adamus, cum ipse mortalitalis esset, se tamen mortalem esse nesciverit, donec hoc ab ipso Deo illi patefactum fuerit; siquidem id nec sensu nec experientia cognoscere poterit.*

arbitrantur. Sic ergò juxta eos *quotidie* ad Imaginem Dei generamur & regeneramur, neque hæc nisi per propriam culpam amittitur, nempe cum homo peccandi consuetudini se tradit. (f) Inde verò *Peccatum Originis* statuitur non esse propriè, imò *neque impropriè* dictum, Peccatum, sed *nullum*, utut pravitatem congenitam agnoscant; (g) neque propagationem peccati Adamitici, ejusque imputationem in *culpam* aut *pœnam*, sive temporalem sive æternam, uspiam in Scripturis inveniri, (h)

sed

(f) Smalc. ap. Franz. l. c. §. LXXVII. Eph. IV, 24. non putat scriptum ab Apostolo, quod olim creatus fuerit homo, & nunc non amplius, sed potius, qui creatus sit, ut res adhuc præsens, & durans; neque creationem hanc veterem, sed secundam, nec de primo, sed novo homine, intelligendam esse.

(g) Socin. Prælect. c. IV. p. 13. Concludimus igitur, nullum impropriè etiam loquendo peccatum originale esse. Stegm. Disp. X. p. 118. Non negant simpliciter adversarii, quod non sit aliqua in homine pravitas congenita & pronitas, qua in nos propagetur, sed illam peccatum esse, inficiantur.

(h) Ita Cat. Rac. l. c. Et Socin. in Præl. c. IV. quo tot. hanc Qu. An sit, & quale sit Peccatum Originale? discutit p. 11. Originis Peccatum quidam vel Justitia Originalis Carentiam interpretantur, quâ fiat, ut homo naturaliter, nisi Dei gratiâ supervenienti juvetur, nihil nisi errare possit, id est, contra legem Dei committere; vel ea Mala esse, qua omnes homines propter primi parentis culpam subire coguntur. Verùm cum à nobis Justitiam istam Originalem in primo homine non fuisse, demonstratum fuerit, nullus locus est priori ex his duabus interpretationibus. Posteriori verò, etsi id, quod in eâ dicitur, verum est, ut postea videbimus, tamen locus propterea esse non potest, quod ista vocis Peccati significatio insolens nimis videtur, & fortasse in nullo prorsus est usu.

sed potius *commentum esse humanum*. (i) Hominem verò *Liberum* habere *Arbitrium*, (k) nec peccare, nisi tantum *contra Conscientiam*, hoc est, cum Actio vel Omisio aliqua difertè pro malâ habetur, & tamen peragitur. (l)

§. XIV.

Hæc verò *contra Rom. V, 12. 18. (a) & 1. Joh. III, 4. (b)* statuuntur. Equidem excipiunt, (l) Deum post *lapsum* hominem quoque ad *Imaginem* suam creare, *Gen. IX, 6. (c)* Sed *By.* Non dicitur hoc loco, hominem creari, sed creatum fuisse. Neque impedit, eundem ad *Imaginem Dei* creatum, nihilominus occidi posse, cum neque in *Statu Integritatis simpliciter* repugnasset, eundem occidi,

E 2

- (i) Vid. *Cat. Racov. Cap. X. Qu. 2. Stegm. l. c. Disp. X. Smalc. contr. Franz. Disp. II. p. 41. seqq.*
- (k) Vid. *Socin. l. c. Cap. V. tot. de Liber. Hom. Arbitrio; ubi p. 14. conceditur, in plerisque hominibus, non quidem propter peccatum primi parentis, sed propterea, quia homines paulatim degenerarunt, & se ipsos corruerunt, innatam quodammodo esse magnam ad peccandum proclivitatem, & pravitatem quandam, & proinde in his naturaliter exiguas esse vires, ad ea præstanda, quæ Dei lex jubet. At præstandi ea, voluntatem nihilominus in omnibus natura esse posse.*
- (l) *Smalc. Disp. II. contr. Franz. Ibi demum peccatum esse, vel peccatum imputari, ubi scientia præcessit.*
- (a) *Sicut per unum hominem peccatum in mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransit, in quo omnes peccaverunt. - - Per unius delictum in omnes homines, in condemnationem.*
- (b) *Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit: & peccatum est iniquitas.*
- (c) *Hæc exceptio Cat. Rac. p. 22.*

cidi, (d) etiamsi ipso actu nunquam per violentiam occisus fuisset. II) Eo in loco, unde probari solet Peccatum Originis, nempe ad Rom. V, 12. extare *éq' q̄*, id est, *in quantum*, vel *quoniam ipsi peccarunt*. Ad pœnam ergò requiri proprium peccatum. (e) ^{By.} Quicquid sit, extat, per unum hominem peccatum in mundum intrâsse, & per peccatum mortem. III) Eandem causam peccandi in Adamo & posteris ejus fuisse. Ergò & utrobique Liberum Arbitrium. (f) ^{By.} Quoad Naturam conceditur, sed non quoad Corruptionem. IV) Legem non obligare, nisi *cognita* sit. De peccatis autem per ignorantiam, & præter voluntatem commissis, cognitam non esse. ^{By.} Potest notitia Legis amitti propriâ culpâ; & tunc à peccato non excusat. Sed ^{ro} proprium non solum refertur ad Individua, sed etiam ad totam speciem, quæ in Adamo constitit, & sub quâ etiam continentur Infantes. (g)

§. XV.

Præsertim verò *Christum*, salutis autorem, multis modis injuria afficiunt homines maleferiati. (a) Nam primò pri-

(d) Homo enim totus Spiritus non fuisset, atque ita in se quoad omnes partes haud Immortalis; id quod Socinianis concedimus.

(e) Ita excipitur in Cat. Rac. Cap. X. Qu. 5.

(f) Sic Smalc. Disp. II. contra Franz. *Qua in Adamo causa fuit, cur peccaret, etiamsi nullo peccato originis infectus erat, ea etiam in aliis hominibus causa esse poterat, cur peccarent, etiamsi nullo peccato originis infecti fuissent.*

(g) Infantes à Peccatis eximit Czechovicus de Pædobaptistat. Error. ap. Stegm. Disp. X. Qu. 7. & Disp. XI. Qu. 3.

(a) Hinc olim Beza Ep. XL. p. 195. ansam videtur sumsisse ab Auto-

privare eum tentant *Generatione simul Æternâ & Naturâ Divinâ.* (b) Hinc *Incarnationem & Unionem Hypostaticam* explodunt. (c) *Mediatorium Christi Officium Satisfacti-*
 E 3 *one*

Autoribus Socinianismi, ut omnes Hærefes, adversus Christi Personam, uno opere complecti destinaret. Quod tamen non præstitit. Add. Disp. D. Waltheri, Jesus ante Mariam, Witt. 1688.

(b) Vid. sup. §. VII. seq. de Trinit. Add. Fellwinger. pro Verâ & Æterna Christi Deitate contra Jon. Schlichting. Altorf. 1666. Lotimeri Explicatio primor. XVIII. Commatum Evang. Johannis, ubi præcipuè de Filii à Patre Dependentiâ; de quo Act. Er. 175. p. 437. seqq. Pireti Diss. Socinianismus Repressus, sive Epist. de Verâ Deitate & Ætern. Generatione J. C. (ex quâ quantum dependeat, docet Braun. sub fin. Comm. ad Hebr.) ad eruditum Unitarium, cum Nube Testium, sive primorum Martyrum Testimoniis, quæ est inter Opp. Posth. ed. Amstelod. 1721. Add. adhuc D. Spenerus *von der Ewigen Gottheit Christi.* Laudabile hinc etiam allegandum est Nobilis sceminae in Angliâ, Moyeria, institutum, quo per Testamentum summam pecuniæ certam legavit, ut pro eâ publicè VIII. Sermones quotannis haberentur Londini, pro defendendâ Christi Divinitate. De Bull. & Gardiner. supra §. VII. & VIII.

(c) Ostorodus Incarnationem Christi *purum putum hominum Superstitiosorum figmentum* vocat, Inst. c. XVII. p. 96. Smalcus: *Dogma in Christianâ Religione monstruosissimum.* Item: *Opinationem indignam, quæ in verâ Christi Ecclesiâ locum habeat, nedum ut Fundamentum Salutis eam censeamus.* Idemque judicant de Conceptione Christi per Spiritum S. *fabulas esse, verba esse, logos esse, quorum non ita post longa tempora pudebit Christianos omnes.* Vid. Stegm. l. c. Disp. XV. & XVI. init.

one propriè dictâ privant, (d) idemque officium ab anno demùm illius *trigesimo* ætatis, ex quo nempè secundum Hum, Naturam à Patre in *cælo* edoctus fit, (e) nec ante, (f) suf-

- (d) Christum ideo venturum fuisse in carnem, statuunt, etiamfi Homo non peccasset. Et quanquam nihil de eo in Cat. Rac. ita tamen Socin. Prælect. c. X. p. 37. *Sciendum est, Christum quidem, postquam homines peccaverant, ad ipsorum peccata delenda venisse, sed venturum tamen fuisse, etiamfi homines non peccassent. Venturus enim erat, ad immortalitatem nobis dandam, quâ, ut supra visum est, ab ipso creationis initio primus homo caruit, quæ immortalitas cum peccatorum reatu, aut ipsis peccatis, consistere nullo modo potest.* Postquam verò lapsus sit homo, non opus esse verâ ejusmodi Satisfactione. Socin. c. XVI. *Nisi velimus Deo minus concedere, quàm hominibus ipsis concedatur, confitendum omnino est, Deum jure nobis potuisse peccata nostra ignoscere, nullâ pro ipsis verâ Satisfactione acceptâ.* Vid. Stegm. Disp. XXI. XXII. XXIII. XXIV. Add. Alb. Graueri Dispp. de Satisf. Chr. contrâ Socinianos, edit. Jen. 1609. Grotius Tr. de Satisf. Chr. item Stillingfleet, de quo A. E. 1706. p. 79. Turretin. Tr. & Dn. Abb. Schmidii Disp. Veritas Satisf. Christi contrâ Socinianos, eorumque novos affectas, asserta, Helmst. 1709. Add. Testimonia primæ, mediæ & ultimæ, ætatis Christianæ Doctorum, eorumque non infimæ auctoritatis, quod Satisfactio Christi divini duntaxat Decreti ratione, & ob Congruentiam, non vero absolute necessaria fuerit, ad illustrem quendam Virum perscripta Ao. 1678. Quæ certè Hypothesis eadem non est cum Socinianâ, quippe quâ nec Decretum Dei, nec Congruentia admittitur.
- (e) Ita Cat. Racov. & Smalc. ab exemplo Pauli & Moïsi, ap. Stegm. l. c. Qu. 3. Conf. Olear. l. c. Disp. XI. §. LVII.

(f) suscipiunt, nec ullum in *Veteri Testamento* locum concedunt, etiam ratione valoris. (g) Christum porrò liberum fuisse in actionibus, statuunt, ideoque à peccandi periculo non fuisse immunem, dum potuerit non obedire; *dubiosque* fecisse in his terris sermones suos. (h) *Sacerdotem* autem demùm factum, concedunt, ex quo pro nobis in *Cælo* Deo Patri apparuit, (i) nontamen ut interpellaret pro nobis, (k) sed ut *Ecclesiæ* suæ *Curam* gereret, (l) & *Exemplum* omnibus relinqueret *Passione* suâ & *Morte*,

- (f) Smalc. de Divinit. Christi Cap. 3. p. 9. *Non sunt audiendi illi, qui affirmant, Jesum Dominum nostrum tunc temporis minus suum Propheticum incepisse, & tantùm non Servatorem reipsâ fuisse, cum in templo Hierosolymitano inter medios doctores sedit.* Vid. Stegm. Disp. XVII. Qu. 2.
- (g) Ostorod. Inst. c. 21. *Vitam Aeternam in Remissione Peccatorum esse inclusam, & sub illâ intelligi, utramque verò solius N. Testamenti esse propriam.* Vid. Stegm. Disp. XX. Qu. 2. & Disp. XXV. tot. Conf. Cat. Racov. c. XIII. Qu. 5.
- (h) Smalc. ap. Franz. l. c. De Perf. Chr. §. 78. *Nihil dubitandum esse, Christum ita locutum fuisse studio, ut hoc & illo modo verba ipsius intelligi possent. - - Hic enim Christi mos fuit, homines improbos suis sermonibus quasi intricare.*
- (i) Smalc. ap. Stegm. Disp. XXI. Qu. IV. *Nec enim prius potestatem omnem habuit, quam in cælos ascendisset. Sine potestate autem divinâ sacerdotium ejus peragi non potuit.*
- (k) Vid. Cat. Rac. p. 334. ubi ideo locus Rom. VIII, 34. pervertitur, quasi Christus ideo dicatur pro nobis intercedere, ut ostendat, omnia sibi data esse à Patre. Conf. Ref. Witt. p. 605.
- (l) Ostorod. Inst. c. 37. *Sacerdotium Christi nihil aliud esse, quam Spiritualem Regni ipsius, quatenus videlicet illud salutis nostræ ac felicitatis curam spectat, administrationem, quæ figurate Sacerdotium dicatur.*

Morte, quomodo vivendum, quid annunciandum, quæque sustinenda essent. (m) Hinc Officium quoque *Regium* post Ascensionem in *Cælum* impetratum ab ipso fuisse, (n) deponendum scilicet, hostibus debellatis, affirmant, è 1. Cor. Cor. XV, 28. (o) Atque hoc Officium *Regium* in eo *consistere*, (p) quod *possit*, Sacerdotale, quod *velit populo suo*, non aliis, (q) subvenire, id quod *Sacrificium* vocetur. (r) Ceterum Christum *se ipsum* haud reluscitasse

(m) Socin. ap. Stegm. Disp. XXIV. Qu. 3. *Si quis viam salutis annunciat, Servator est, quanto magis is Servator erit, qui eam viam salutis, quam annunciat, ipse prior ingreditur, neque verbo tantum, sed exemplo etiam movet.*

(n) Smalc. ap. Stegm. Disp. XXVII. Qu. 1. *In Ascensione igitur incipit non manifestatio tantum & usurpatio Potentia Christi, sed ipsa Christi Potentia nempe perfecta, quam antea re ipsa nunquam habuit.*

(o) *Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse Filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia, ut sit Deus omnia in omnibus. Et v. 24. Deinde finis, cum tradiderit Regnum Deo & Patri. Ad quæ Smalc. ap. Stegm. l. c. Qu. 6. Unde apparet, finem regni futurum, cum omnes inimicos sub pedes suos posuerit. Conf. Bez. Epist. XXVIII. p. 163. Diff. de Subiectione Christi Gloriosâ ad 1. Cor. I. c. D. Zeltner. Alt. 1715. Diff. de Fine Oeconomiae Christi, ad 1. Cor. I. c. D. J. C. Pfaffii. Tub. 1713.*

(p) *Hic ab aliis abeunt SemiJudæi, statuentes, Messiam, si venisset, Regem Mundanum futurum, Judæisque tantum promissum ex conditione, ideoque nunquam venturum. Vid. Jac. Martini de Trib. Elohim Libr. III. p. 338.*

(q) *Smalc. ap. Stegm. l. c. Qu. 4. Christus tantum populi divini Rex est.*

(r) *Vid. Cat. Rac. c. XIII. Qu. 1.*

citasse, (s) neque ejus *Corpus* post Resurrectionem aliud ratione qualitatum, ut ante, sed immutatum totum fuisse post *Ascensionem in Cælum*, asserunt. (t) Neminem verò ad eum eodem cum Patre honore *venerandum* aut *invocandum*, obligari. (u)

§. XVI.

Quamquam ergò his obstant loca, de *Divinitate & Incarnatione* Christi, I. Cor. VIII, 6. (a) De *Innocentiâ*
F &

- (s) Socin. ap. Stegm. Disp. XXVI. Qu. ita de Resurr. Christi: *Quid enim magis vel risu dignum, vel à veritate alienum, aut videri aut esse potest, quam eum, qui mortuus sit, se ipsum in vitam revocare.* Plura ejus generis ibid.
- (t) Socin. ap. Stegm. l. c. Qu. 3. *Non est Christus JEsus, quamvis, ut non amplius moreretur, ex mortuis excitatus, Immortalitatem & gloriam sui corporis adeptus, nisi cum in cælum translatus est.* In ipso cælo autem Christum non habere carnem & sanguinem, sed longe aliam substantiam, ut ante, simul affirmant Sociniani, v. gr. Ostorodus Inst. c. 41. *Quamvis de hac mutatione nihil diferte in Cat. Racov.*
- (u) Smalc. de Divin. Chr. *Etiamsi nullum exiet præceptum de Christi Invocatione, nec ea ex eorum numero sit, qua præcepto comprehendere necesse, vel etiam possibile est.* Socin. Ep. III, ad Matth. Radec. *Nihil se dubitare, præceptum extare de Christo Adorando; - - non idem tamen de Invocando, sese existimare.*
- (a) *Nobis tamen Unus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in illum. Et unus Dominus JEsus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.* Add. Joh. I, 14. 1. Tim. III, 16. Hebr. II, 16. horumque locorum vindicationem Disp. XV. Stegm. Qu. 2. seqq. It. Disp. de Divinit. Christi ad Rom. IX, 5. contra recentiss. Scriptorem Anglum, D. Carpzov. Lips. 1697.

& Merito ejus, 2. Cor. V, 21. (b) De *Sacerdotali* ejus in terris *Officio*, 1. Petr. II, 24. (c) Hebr. X, 11, 12. (d) De *Officio Regio*, Matth. XXI, 5. (e) De *Corpore Resuscitato*, 1. Cor. XV, 44. (f) Urgent tamen in contrarium, I) Christum esse *Deum*, sed per *Communicationem*, non per *Naturam*. (g) ³³. Somnium hujusmodi Deus est, ipsi perfectioni Dei contrarium. Si de propositionibus Personalibus intelligerent, alia esset ratio. Sed neque has admittunt. Ideoque *Communicatio* illa, quam fingunt, partem solum *Divinitatis*, non totam ejus plenitudinem, juxta Col. II, 9. (h) complectitur. II) *Satisfactionem* proprie dictam *Scripturae Sacrae* repugnare, v. gr. Rom. III, 24. (i) ubi *gratis* dicantur remitti peccata; & *Rationi*, cum aliàs Christus mortem æternam subire debuisset. (k) ³³. Gratia Dei includit Meritum Christi, unde eodem versu additur: *per Redemptionem, quæ est in Christo Jesu*. Hic verò pœnas pertulit æternas, non ratione tem-

(b) *Enum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso.*

(c) *Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo, super lignum, - - - cujus livore sanati estis.*

(d) *Omnis quidem Sacerdos praesto est, quotidie ministrans, & eandem sæpè offerens hostias; - - - hic autem unam pro peccatis offerens hostiam.*

(e) *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam.*

(f) *Seminatur Corpus Animale, surget Corpus Spirituale.*

(g) *Ita Cat. Racov. Cap. I. de Perf. Chr. Qu. 89.*

(h) *In ipso inhabitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter.*

(i) *Justificati gratis per gratiam ipsius, per Redemptionem, quæ est in Christo Jesu.*

(k) *Ita Cat. Rac. Cap. VIII. Qu. 13, 14.*

temporis, sed ratione valoris. III) Se Christum pro
tam *sancto* habere, quem nemo æquare hominum san-
ctitate possit. (1) BY. Errant in definienda Sanctitate. IV)
Hebr. VIII, 4. dici: *Si in terris esset, ne Sacerdos quidem*
esset; & Hebr. IX, 12. *Absque sanguine non est remissio*;
Ergò nec ante Mortem, hoc est, in his terris, facta ex-
piatio. (m) BY. Ad (α), si in terris esset tantum, vel ibi
maneret: ad (β), Mors sacrificii complementum est, non
Muneris Sacerdotalis. V) Deum Christum *resuscitatum*,
Regem constituisse, Eph. I, 20. (n) BY. Idem hoc est,
quod hoc ordine declarâsse. VI) Christum *edisse*, bi-
bisse, &c. post Resurrectionem. (o) BY. Hoc fecit non
ad indignitiam, sed ad arguendum eandem numero sub-
stantiam & veritatem.

§. XVII.

Restitui igitur Hominem, putant, per Christum
quidem, (a) sed & Vocatione *Naturæ*, per Opera Cre-
ationis scilicet, & Providentiæ Dei; unde, qui animi
tantum probi sint, utut nullam certam notitiam habeant,
quod Deus sit, Deum tamen dicantur cognoscere, (b)

F 2

arbo-

(1) Vid. Cat. Rac. Cap. XIII. Qu. 8. & 9.

(m) Vid. Cat. Rac. Cap. XI. Qu. 3.

(n) *Suscitans illum à mortuis, & constituens ad dexteram suam in*
caelestibus.

(o) Vid. Cat. Rac. Cap. XII. Qu. 10.

(a) Smalc. ap. Stegm. Disp. XXI. Qu. 3. *Si de necessitate compa-*
ratâ, vel quam ex hypothesi vocant, sermo sit, certum est, nemi-
nem omnino servari nisi per Christum.(b) Socin. ap. Stegm. Disp. XXVIII. Qu. 3. *Is qui animi probi*
est, & id quod rectum est, amantis, posito etiam, quod nullam
certam

arboresque bonæ vocari possint etiam non renati, virtutis scilicet studiosi; (c) accedente primùm *in Renatis* (d) operatione Verbi ac Spiritus Sancti mediata, sive Morali, & manente nihilominus ubique Naturali *Arbitrii Libertate*. (e) *Modum* autem Restitutionis ponunt in Fiduciâ erga Deum, & *Obedientiâ* Mandatorum Legis Mosaicæ, (f) emendatæ, & *auctæ à Christo* in Novo Testa-

certam notitiam habeat, quod Deus sit, id est, quidam summus omnium rerum moderator & arbiter, tamen potest iste suo modo dici Deum cognoscere, quatenus ea approbat, quæ Deo placent, & sic ipsum Deum, quamvis ignorans, approbat.

- (c) Smalc. ap. Stegm. Disp. XL. Qu. 2. *Tam arbor bona dici potest homo non renatus, qui virtutis est studiosus, quam renatus, qui amore Dei virtuti dat operam, licet alius alio magis propriè.* Conf. Disp. XXVIII. Qu. 4.
- (d) Smalc. ap. Stegm. Disp. XXIX. Qu. 3. *Id quod Deus in homines infundit, est Spiritus illius Sanctus, sed per hunc Generatio Spiritualis non efficitur. Nam is non nisi iis, qui jam per annunciationem & receptionem Evangelii revera regenerati sunt, promissus est & datus.*
- (e) Smalc. contr. Franz. ap. Stegm. Disp. XXVIII. Qu. 1. *Quod ait Franzius, unum & solum Spiritum Sanctum efficere virtutis & operatione sua ista omnia, (nempe Assensum Verb. Divin. internum, Conversion. ad Deum, Agnitionem Christi, & Fidem in illum,) hoc est falsum. Singulis tamen quibusdam negant, quod omnibus concedunt, Liberum Arbitrium. Vid. supr. §. XIII. Not. (k)*
- (f) Socin. l. c. ap. Stegm. Disp. XXXIII. Qu. 1. *Deus ex purâ suâ gratiâ & misericordiâ nos justificat, id est, justos pronuntiat, & peccatorum remissione, vitæque aternâ donat. Prius tamen à nobis requirit, ut credamus in Jesum Christum, hoc est, illi confidamus atque obediamus. Itaque nemo justificatus est coram Deo,*

ftamento; (g) in quem adeo *Fides* nostra non alio modo feratur, quàm in Legis hujus Interpretem, Deique *Legatum*. (h) Si quid deliquerint homines, id Deum *solâ* suâ *Gratiâ* remittere, (i) & per Acceptilationem, nul-

F 3

lâ

Deo, nisi prius Christo confidat, eique obediat. Et ibid. ad Qu. 2. Deus ante. & multo magis post Christum, tum demum reverè ac plene justum aliquem pronnciat, cum se jam obedientem ipsius præceptis præstiterit. Conf. Cat. Rac. p. 281. & Ref. Witt. P. 519.

(g) Ostorodus Inst. c. 22. ap. Stegm. Disp. XVIII. Qu. 1. Non solum omnia alia præcepta V. T. nempe Ceremonialia & Politica, sub N. T. sunt abrogata, sed etiam Præcepta Moralia per Christum longè completiora & perfectiora reddita sunt. Quare etiam Christus ipse dixit, *Math. V. 17.* quod non venerit Legem aut Prophetas solvere, sed implere; quod implere, nihil aliud est, quàm perfectum reddere, aut addere, quæ desunt. Id quod quidem per singula Decalogi præcepta ostendere, annuntur, sed vindicavit ea, & falsitatem ostendit Stegm. l. c. Disp. XVIII. XIX. tot. Socinianos hic iterum pro more suo sequitur Grotius L. 1. de Jur. B. & P. c. II. §. 7. n. 3. 4.

(h) Socin. ap. Stegm. Disp. XXIV. Qu. 6. Mediator talis intelligi videtur 1. *Tim. II. 5.* cum dicitur: Unus est Mediator &c. quia, antequam Mediatoris mentio fit, nihil proorsus dictum fuit de irâ Dei adversus hominum scelera, aut de pacificatione illius, sed potius de veritatis agnitione, quæ Internuntio respondet.

(i) Socin. Tr. de Justific. ap. Stegm. Disp. XXXI. Qu. 1. Quod ad Deum attinet, nihil Deum movet, ad nos pro justis habendos, nihilve, ut tantum bonum consequamur, in Deo esse, necesse est, præter gratuitam voluntatem, spontaneumque decretum, in quo nihil nisi se ipsum, suamque bonitatem respicit. Et quia justî ab eo haberi non possumus, quin à reatu peccatorum nostrorum coram ipso absolvamur, nullâ aliâ ratione, quod ad ipsum Decretum Dei

la scilicet interveniente *Satisfactione*, (k) aut Meriti Christi per *Fidem Imputatione*, (l) peccatores pro justis reputare. *Fidemque*, id est, serium in obtemperando propositum, (m) justificare, hoc est, proprie & formaliter (n) à Deo pro Justitia haberi. Et hinc Justificationem

Dei atiner, absolutionem illam consequimur, nisi quod Deus spontè & planè gratuito nobis peccata remittit. Smalc. ibid. ad Qu. 2. *Quis nisi mentis inops non agnoscat, contraria ille esse, remissio peccatorum, & Satisfactio pro peccatis?*

- (k) Socin. ap. Stegm. Disp. XXXIV. Qu. 2. *Quid aliud apud Jureconsultos, unde loquendi formula sumta videatur, Acceptum ferre significat, quam pro soluto habere, licet verè solutum non sit? Quid aliud est ipsa Acceptilatio, quam per sola verba obligationis liberatio? Satis enim est in Acceptilatione, per sola verba debitorem liberari. Quod si vel ipse, vel alius pro eo revera solvat, Acceptilationi nullus est locus.*
- (l) Socin. ap. Stegm. Disp. XXXIV. Qu. 3. *Istud enunciatum, aut se ipsum destruit, aut certe praterquam absurdam sententiam continet. Add. Disp. XXXV. tot. Hic meritò utimur verbis Wittebergenium Ref. C. R. p. 558. Siehet derowegent der Christliche Leser / was vor eine unvollkommen / schlechte / und geringe tractation dieses vornehmen / und höchsttröstlichen Artickels (scilicet de Justific.) in diesem Catechismo sey.*
- (m) Socin. de Justific. ap. Stegm. Disp. XXXIX. p. 454. *Fide in ipsum Deum, id est, fiducià in ipso Deo collocandà justificamur, que fides obedientiam praeceptorum Dei, non quidem ut effectum suum, sed ut substantiam & formam continet atque complectitur. Add. Disp. XL. Disp. 4. Videtur quidem doceri contrarium in Cat. Rac. Cap. XIII. Qu. 5. sed ambigue.*
- (n) Socin. ap. Stegm. Disp. XXXVI. Qu. 5. *Justificari à Deo nihil aliud est, quam à Deo justum pronuciari; id quod certè fieri*

tionem non *sequi*, sed præcedere Bona Opera. (o) Ceterum Mandata quidem Christi perfectè impleri posse, (p) ut nemo absolutissime conservare possit. (q) *Pœnitentiam* solum in emendatione consistere; (r) & pro Peccatis Proæreticis Sacrificium non superesse. (s)

§. XVIII.

fieri necesse est, cum legis, quam dedit, præcepta servantur, quæliacunque tandem fuerint.

- (o) Smalc. ap. Stegm. Disp. XXXIII. Qu. 2. *Regeneratio & reliqua Bona Opera, Dilectio, Invocatio, Obedientia, Spes, Charitas, &c. tantum abest, ut sint Effectus Justificationis, ut absque illis Justificatio nullo modo reipsa existere possit.*
- (p) Socin. Præl. Th. Cap. V. p. 15. *Vires non ita exiguae sunt, ut homo, Dei ope accedente, si sibi ipsi vim facere velit, legi divinæ parere non possit. Hinc falsissimum Smalcus vocat pronuntiatum Lutheri: Justum in omni opere bono peccare. Vid. Stegm. Disp. XLI. Qu. 4.*
- (q) Socin. Disp. XL. Qu. 5. *Fide sine operibus, seu, non operibus, sed fide non justificari, non intelligendum est, omnia opera à justificatione nobis conciliandâ excludi, sed neminem ipsorum operum propriâ vi, justum coram Deo constitui. Ut enim id fiat, necesse est, divinam legem absolutissimè per totam vitam conservare, quod nemo facit. Conf. Disp. XLI.*
- (r) Smalc. de Pœnit. contr. Franz. *Conari, ne id iterum committatur, quod semel commissum est, vel saltem ne data operâ committatur, vera est pœnitentia. Fidem verò esse consequens, Stegm. Qu. 3. Disp. XLIII.*
- (s) Smalc. ap. Stegm. Disp. XLIII. Qu. 5. *Si post agnitam veritatem Evangelicam, & post semel exutum peccatorum habitum iterum peccati vel unius vel multorum habitum contrahat, jam impossibile scilicet apud homines est, talem rursus renovari ad pœnitentiam, utpote qui Christum denuò crucifigit, quod de iis, qui antea per meram ignorantiam peccabant, dici nullo modo potest.*

§. XVIII.

Sed contrarium vel ex uno illo loco constat Phil. III, 9. (a) Equidem objici solet, I) Cognitionem Dei *Sufficientem* esse ex Operibus Naturæ, juxta Rom. I, 20. (b) Verum ^{34.} Inexcusabiles hîc dicuntur Gentiles in ordine Gratia. II) *Præparare* Opera Creationis. ^{34.} Nec tamen Conversionem ingrediuntur, nec perficiunt. III) Concedere se *Auxilium Divinum*. (c) ^{34.} Hoc ipsis Morale solum est, non Spirituale, ex intuitu scilicet promissionum divinarum. IV) Christum non venisse, ut *Solveret* legem Moralem, hinc ne apicem quidem esse, quin impleri debeat. ^{34.} Manet igitur obligatio, etsi in nobis desit potestas. V) Deum ergò esse *iniquum*, qui postulet, quæ supra vires nostras sunt. (d) ^{34.} *Quod* impossibile est Legi, in quo infirmabatur per carnem, fecit Deus, filium suum mittens, in similitudinem carnis peccati, Rom. VIII, 3. VI) Fideles vocari *obedientes*,
Hebr.

- (a) *Inveniar in illo, non habens meam justitiam, qua ex lege est, sed illam, qua ex Fide Christi JEsu: qua ex Deo est justitia, in Fide, ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis, & societatem passionum illius.*
- (b) *Invisibilia enim ipsius à creaturâ mundi per ea, qua facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque ejus virtus & Divinitas: ita ut sint inexcusabiles.*
- (c) *Scilicet in Cat. Rac. Cap. X. Qu. 7. seqq.*
- (d) *Ita Socin. Præl. c. V. p. 15. Non eam Legem tulit Deus, quam nemo servare possit, siquidem Lex, ut inquit Paulus, (Rom. VII, 10.) ad vitam data est; atqui, ut idem ex Mose ait, (Rom. X, 5.) is demum per Legem victurus, qui ea fecerit. Conf. Cat. Rac. Cap. IX. Qu. 5.*

Hebr. XI, 8. (e) *By.* Obedientiâ cum fide conjunctâ, & extrâ actum justificationis. VII) Imputationem justitiæ Christi veram sanctitatem convellere. (f) *By.* Hoc pro-
 bent primùm idoneis rationibus adversarii. VIII) Chri-
 stum se in exemplum proposuisse, id quod in Lege Mo-
 saicâ factum non sit. Ergò hanc novâ lege auxissè. *By.*
 Expositio hæc est, & Declaratio Legis, non Augmentum.
 IX) Hebr. X, 26. dici : *Voluntariè peccantibus hostiam*
non relinqui. *By.* Peccatum hîc proæreticum intelligitur
 continuatum, & quod absque pœnitentia est.

§. XIX.

Sacramenta apud Socinianos faciunt quidem ad me-
 moriam mandatorum Christi, sed ut Ritus tantùm & *Sig-
 na Arbitraria*, quæ omni *Efficacia divina* careant. (a)
 Hinc *Baptismum* à Judæis & Gentilibus discernere Christi-
 anos, nec tamen aliter, quàm ut *Professionem* externam, (b)
 G &

- (e) *Fide, qui vocatur, Abraham, obediit in locum exire, quem
 accepturus erat in hereditatem : & exiit, nesciens, quo iret.*
- (f) Socin. apud Stegm. Disp. XXXVI. Qv. 2. *Ut per speciem
 sanctimonie vite stabiliendæ omnis vera sanctitas convellatur, ab
 humani generis hoste versutissimo persuasi imprudentes, istam im-
 putationem Justitiæ Christi excogitarunt. Sed contrarium ex
 professo ostendit S.R.D. Teuberus in Harmoniâ Satisf. Christi
 & Sanctimonie Christi adum ex 1. Cor. V, 14. 15. Hal. Magd. 1715.*
- (a) Smalc. contr. Franz. Disp. IX. p. 422. *Fabulosum est, Sacra-
 menta esse canales, per quos divinitatis virtutes ad nos & in nos
 dimanent.*
- (b) Ita Catech. Rac. p. 33. & Socin. l. c. c. 2. *Nihil aliud reve-
 rà esse, quàm Christi nominis publicam, & solennem quandam pro-
 fessionem.*

& Riturum Indifferentem, (c) quique Interna Efficacia

(c) Sommer. Tr. de Baptism. *Nos omisitâ pietate non aliter, quam olim Israëlita ex serpente (antiquitus usurpato) fecerunt Idolum, salutem nostram quaesivimus in Ritu Baptismi, (initio N. T. usurpati,) eoque, quod Christi tempore legamus homines baptizatos esse, persuasimus nobis temere, idem à nobis etiam requiri, cum tamen Baptismus ille ad nostra tempora nihilominus pertineat, nec saniori à nobis imitatione usurpetur, quam si quis Arcam Noa, Gen. 8. Fugum Jeremiae, Jer. 28. aut Regis Joas Sagittas, 2. Reg. 13. sine certo Dei jessu & mandato velit imitari, & redintegrare.* Equidem de Sommero Smalcius apud Franz. l. c. Disp. de Baptism. §. XLIX. *Sommerum nunc defendere, non est animus, quia nostris Ecclesiis cum isto homine & aliis ejus similibus non in omnibus convenit. Nimis enim Spiritus ille, qui Sommerum & alios agitabat, ad Enthusiasum propendebat, & odio Domini Jesu flagrans, elevabat ea, qua in Christi Evangelio nova nobis commendantur & præcipiuntur.* Indequè patet, quàm benè Socinianis inter se conveniat; imprimis quod attinet Locum hunc de Baptismo, de quo est, quod non tantum in genere, sed & de fociis fidei suæ conqueratur Socinus, Præf. Disp. de Baptismo: *Mirum est sane, quantas turbas ritus iste hæctenus dederit, & posthac, nisi Deus ipse mirâ aliquâ ratione tanto malo occurrat, daturus sit, Evangelique cursum remoretur.* Nam ita ipse in Epistolâ apud Franz. l. c. Responf. de Baptism. Sect. II. §. XXVIII. *Quod mihi objicis, me Communionem cum Fratribus & Christi fidelibus spernere, nec curare, ut unâ cum ipsis Cœnam Domini celebrem; quam tamen celebrare, ab ipso Domino omnes jubemur. Respondeo, me, postquam in Poloniam veni, nihil antiquius habuisse, quàm ut me quàm maximè cum fratribus conjungerem; licet invenissem, illos in non paucis religionis nostræ capitibus à me diversum sentire, quemadmodum hodie quoque multi sentiunt, & Deus novit,*
qua

cacia destituatur. (d) Quæsitum adeoque fuit inter illos, an baptizandi quoque *Infantes*, (e) & num Baptismus

G 2

que & quanta diu propter hanc causam sum passus, & adhuc patior. - - Quodsi nihilominus aque Baptismum unâ cum illis non accipio, hoc propterea fit, quia id bonâ conscientiâ facere nequeo, nisi antea publice protestor, me, non quod censeam Baptismum aque mihi meique similibus ullo modo necessarium esse, sed ut cum Fratribus arctius conjungar, id facturum esse, id quod Fratres nullo pacto mihi concedere volunt. Quomodo enim id aliter possim bonâ conscientiâ facere, cum non modo sentiam, Fratres graviter, licet per imprudentiam, errare, qui neminem ad mensam Domini admittere velint, nisi prius aqua in ipsorum cœtu baptizatus fuerit, sed etiam hac de re ipsis rogantibus plenam disputationem scripserim. - - Quod si interim Cœnam Domini ut ii, qui baptizati sunt, non celebro, hic mea nulla culpa est, sed potius illorum, qui id mihi concedere nolunt, nisi id faciam, quod cum mea conscientiâ maxime pugnat, nec interim hac in re errare vel ostendunt, vel ostendere serîo curant. Idem tamen Socinus l. c. c. XV. p. 123. Nusquam, inquit, in Actis Apostolorum legitur, eos præcepisse, ut filii eorum, qui credidissent, vel nascituri, vel qui per atatem nondum credere poterant, postea baptizarentur, & hunc modum in Ecclesia instituisse. Vid. Stegm. Disp. XLV. Qu. 2. & 3.

(d) Smalc. ap. Stegm. Disp. XLVII. Fabule sunt, aliquam esse Internam Efficaciam in Baptismo.

(e) Smalc. Disp. VIII. contr. Franz. p. 422. Baptismum Aquæ pro Regeneratione habere, Idololatricum quiddam censendum est, præferim si de Padobaptismo id intelligatur. Vid. Disp. XLVIII. Stegm. tot. Arminiani hîc pro consuetudine suâ mediâ viam eligerestant, quippe qui juxta Limborch. Theol. Christ. p. m. 606. Padobaptismum nec necessarium putant, nec tamen cum Anabaptistis aut Socinianis illicitum. Et cum his

mus fieri debeat per Immerfionem, (f) ut fit legitimus; fi minus, num fit *repetendus*? (g) Ubi tamen perpetuæ ipforum lites internæ. *Cœnam Domini* institutam effe ad annunciandam Mortem ejus, quippe foli Chrifto propriam. (h) Verba autem: *Hoc eft corpus meum*; indigitare folùm, quid corpori Chrifto factum fit. (i) Nudum in Euchariftiâ effe *Panem & Vinum*, (k) & fine omni

his etiam sentiunt nonnulli è Socinianis. Vidi Spanh. l. c. p. 228.

- (f) Vid. Smalc. l. c. Olear. l. c. Difp. XV. §. LXXXII. Ubi tamen iterùm discordant ex Hypothefi doctrinæ fuæ de Sacramentis, quæ pro meris Ritibus Arbitrariis habent.
- (g) Repeti Baptifmum à Socinianis, probat prolixè D. Heinecius in Antiqq. Goslar. p. 519. feqq. fimulque teftem adducit Oftorodum, qui fatetur, fe in nomine Chrifti, una cum XXIII. aliis, baptizatum, p. 528. Vid. Prælim. Difp. cum Socin. §. III. Nr. 7. & §. IV. Nr. 26. Non omnes tamen ejusdem fententiæ effe, fed quosdam cum Anabaptiftis fentire, conftat ex antecedentibus Nr. (c) Et hi comprobant, Bezæ confequentiam fibi haud abs re imputari, quam elicit ex hypothefi Socinianor. in Epift. XIII. ad Chriftoph. Threcium, Polonum, *Quod fi ita eft*, inquires, *ut ifti dicunt, repetendus erit neceffariò Baptifmus in omnibus, fub Papatu baptizatis, quoniam in falſum Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum fuerint baptizati, nec ullum prorsus fuerit in Papiſticâ Eccleſiâ fundamentum.*
- (h) Socin. ap. eund. Qu. 5. *Sacra hæc Cereemonia in eum finem à Chrifto instituta, ut ſolemnis commemoratio ipſius fiat, quatenus videlicet Corpus ſuum pro nobis tradidit, & ſanguinem fudit.*
- (i) Vid. hanc Explicat. in Cat. Rac. p. 223.
- (k) Oſtorod. l. c. *Cibum & potum in Cœnâ effe nudum Panem & Vinum.*

ni *Efficacia*. (l) *Impios* non edere aut bibere Symbola hujus Sacramenti. (m) *Frangendum* esse Panem. (n) Symbola verò vel *ori inserta*, (o) vel *geniculando*, (p) accipere, *Idolomaniam* esse. Hæc in *Ecclesia* fieri quidem, sed non perpetuò, cum neque *perpetua* ipsa Ecclesia sit, (q) neque *Nota* ejus, quas vocemus, perpetuæ, aut veræ. (r) Administrare autem Sacramenta, vel prædicare Verbum Dei, à *Vocatione* solum *Interna* dependere,

G 3

- (l) Smalc. ap. Stegm. Disp. 4. Qu. 3. *Certe hoc tantum non est cum ratione insanire, si dicatur, oralem manducationem aliquid in mente hominis efficere posse.*
- (m) Smalc. ap. Stegm. Disp. L. Qu. 4. *Infideles participare Corpus & Sanguinem Christi, realiter & oraliter, ô quam turpe est! Contradicit his Ostorodus l. c. nempe Infideles quoque edere & bibere Panem & Vinum. Et sibi ipsi Cat. Racov. p. 215. & 222. notantibus id Witteb. in Ref. p. 388. nisi distinguant, inter dignè & indignè edere & bibere.*
- (n) Smalc. ap. Stegm. l. c. Qu. 1. *Ut panem accipere & comedere, sic etiam frangere, illos impostero jusfit.*
- (o) Id. l. c. *Quod aliqui Symbola sibi in os porrigi sinunt, nos habemus pro superstitione, quæ ab idolomaniâ Pontificiâ parùm absit.*
- (p) Ostorod. Instit. c. 38. *Quod aliqui Symbola geniculando sumunt, nos habemus pro superstitione, quæ haud procul absit ab idolomaniâ Pontificiâ, ideoque merito à veris Christianis vitari debeat.*
- (q) Smalc. ap. Stegm. Disp. LII. Qu. 2. *Nemo præcise negat, potuisse extare aliquos semper, qui essent vera Christi Ecclesia; sed tantum negatur, necessariò eam manere debuisse. Hinc Patres V. T. ad Ecclesiam Christi non pertinuisse, somniant.*
- (r) Smalc. ap. Stegm. Disp. LII. Qu. 3. *Non est Nota Ecclesiæ Doctrina Vera & Salutaris, - - Sacramentorum verò Usus Legiti-*

dere, qualem habuerint Apostoli ac primi Reformatores. (s) De *Magistratu* ejusque officiis, v. gr. de *Jure Gladii*, (t) dubitant, & quod concernit *Potestatem* circa *Sacra Externam*; (u) nec inter se conveniunt. Catechismus Racoviensis concedere videtur, sed admodum ambigue. Denique etiam *Ritus* innocuos, imò laudabiles, carpunt, X) totiesque *idololatriæ* accusant, (y) & contra longè *turpiores* introducunt. (z)

§. XX.

- Legitimum ad. Notas Ecclesiæ transferre, nimis rude est.* Et in C. R. ne quidem de signis his quærendum, statuitur.
- (s) Ostorod. Inst. c. 42. ad Rom. X, 15. *Paulum de suo duntaxat tempore loqui, cum adhuc nova esset & inaudita Evangelii doctrina. - - Cum verò hoc nostro tempore nihil novi afferatur, sed antiqua Evangelii doctrina proponatur, ideo non amplius opus esse singulari quâdam vocatione.*
- (t) Vid. Prælim. Dn. Præf. §. IV. Not. 25. Ostorod. ap. Stegm. Disp. LIV. Qu. I. *Præcepta Christi non permittere, ulli homini adimere vitam.*
- (u) Ostorod. Instit. c. XXIX. *Ecclesiæ per se ipsam disciplinam exequi, ita ut ne quidem in minimâ parte in ejus administratione Magistratus subsidio utatur.*
- (x) V. gr. Excommunicationem sive Majorem sive Minorem, Pericopas Evangelicas & Epistolares, sententias dicere ex Legibus Imperatoriis & aliis præsentibus, Bella gerere, Artificia tractare, quæ faciunt ad arma paranda, Conjugia cum diversæ religionis hominibus, (utut non cum idololatris, ut fallò objicit Socinus,) contrahere, Neonymphos cum tympanis in templum adducere, bona propria ultrâ necessitatem possidere, voluptatem capere è cibo & potu saltem aliquam, & modicam, se ipsum defendere, &c. Vid. Stegm. Disp. LIII. sqq.
- (y) V. gr. Festorum celebrationes, de quibus Radecius, quod bor.

§. XX.

Pugnant verò in contrarium, de *Baptismo*, Joh. III, 5. (a) de *Eucharistia*, Math. XXVI, 28. (b) de *Ecclesia*, Math. XV, 8. (c) de *Magistratu*, Rom. XIII, II. (d) Objicitur quidem, I) Non consistere Regnum Dei in hujusmodi *externis*, sed in justitiâ, pace, & gaudio in Spiritu Sancto. (e) Ideoque etiam damnari non debere Sacramenta rite haud administrantes, sed tolerari. By. Non consistit in externis per constitutionem, constitit tamen propter Effectum, & Mandatum Dei. II) Videri quidpiam *Idololatriæ* simile, quod per *Aquam* quis debeat regenerari, 1. Petr. I, 23. (f) By. Aqua cum Verbo debet esse

horrendam nobis pepererint Idololatriam, orationes ad pulsum campanæ, &c. Vid. Stegm. I. c. Disp. LIII. Qu. 5. & 7.

(z) V. gr. Polygamiam & Concubinatum. Vid. Stegm. Disp. LV. Qu. 2. & 3.

(a) Respondit Jesus, & dixit ei: Amen, Amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.

(b) Bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus Novi Testamenti, qui pro multis effundetur, in remissionem peccatorum.

(c) Supra hanc Petram edificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non prævalebunt adversus eam. Osterod. tamen ad hoc dictum, Instit. p. 414. *Derohalben ist der Worte Christi Sinn und Verstand / daß die / welche Christi sind / im Stande der Todten ewiglich nicht können behalten werden.* Sed Christus non loquitur de Ecclesiâ Mortuorum ac Triumphantium, sed Viventium ac Militantium.

(d) *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinate sunt.*

(e) Ita Cat. Rac. Cap. IV. Qu. 3.

(f) Cat. Rac. Cap. IV. Qu. 4.

esse conjuncta. III) Paulum dicere I. Cor. XI, 26. dignè manducari ac bibi, mortem Domini annunciando, usque ad Adventum ejus, quod jam fidem & remissionem peccatorum supponat. (g) *By.* Nihil ergò impedit, quin duo hæc confirmantur & obfignentur. IV) Fuit Hypothesis Radeii, Boruffi, (h) nullam fuisse Ecclesiam per multa secula, propter errores universales. *By.* Illi errores à quovis Verbi Divini lectione evitari potuerunt. V) Non opus esse speciali missione Ministrorum Ecclesiæ, quia non afferant novam doctrinam. (i) Sed *By.* Non omnis tamen est aptus, qui veterem illam & perpetuam doctrinam ubique prædicare possit.

§. XXI.

Consideratis ergò his Controversiis, facilè constat, quàm *perniciosi* aliis sint, & quanto cum periculo *salutis æternæ* ipsi errent Sociniani. (a) Sunt igitur, qui propterea

(g) C. Rac. Cap. 3. Qu. 6.

(h) Epist. ad Socin.

(i) Ita supr. §. XIX. Not. (s) Ostorodus.

(a) Hornbecc. Summ. Contr. p. 569. *Malum* vocat, quo nullum aliud magis inimicum & exitiosum. Idemque ibid. *Initio cum Papisimo acerrimum bellum fuit, inde cum Anabaptistis & Enthusiasticis, pridem cum Remonstrantibus, nunc cum pessimis omnium Socinianis decertandum venit. Quanquam enim Papisæ graviter errent, tenent tamen adhuc multa Religionis Fundamenta, sed que variarum superstitionum & errorum introitus præter corruptum.* Sociniani verò tollunt omnia. *At gravius est, cavere omnino, quibus carere nequeas, quàm habere eadem, utcumque vitiosa.* Stegm. l. c. in Ep. Dedic. *Impugnant, & tollunt Fundamentum, quid faciat justus?* Olear, in Introd. Prælim.

terea nequidem pro *Christianis*, aut pro Ecclesiæ Christi-
anæ membris, vel nomine talibus, (b) sed potius cum
Infidelibus, (c) Gentilibus, Judæis, Mahumedanis, eod.
loco habendos esse, (d) aut certè pro pessimis omnium
Hæreticis, rectè arbitrantur. Quanquam enim *Novum*
Testamentum recipiant, nihilò tamen rectiùs illud *inter-*
pretantur, quàm aut *Mubammedanus* aliquis, aut *Næ-*
tura-

H

tura-

- lim. contr. Soc. p. 169. pro pessimis omnium *Hæreticis*, quas
Sol unquam adspexit, à nobis jure meritoque habendos esse, ut
pote qui - - *Veritati Cœlesti contrarias ubique sententias am-*
plectuntur, eamque totaliter, quantum in ipsis est, perimunt,
Conf. Joh. Pauli Fellwingeri *Diff. Theol. Philos. de Pho-*
tinianorum Analogiâ Fidei contra Joh. Crellium, & Olear.
Diff. I. contra Socinian.
- (b) Vid. Joh. Conr. Dürrii *Doctr. Christianæ per Hypotheses &*
Dogmata Socinianor. eversio, quæ est *Diff. annexa Disp.*
XIV. contr. Zwickk. & Wolzog, Alt. 1673. 4to. Stegm.
indignè eos titulo Christianorum superbire, ostendit, Disp. I.
Qu. 2. An Photiniani ullo modo veri Christiani & pro fratrib.
haberi queant? Conf. *Olear. l. c. p. 16.*
- (c) Stegm. quidem l. c. *Qu. 3. An Photinian. veri sint Hære-*
tici, aut potius Infidelibus accensendi? prioribus potius ac-
censet, quod Christum non ignorent, sed negent, sintque
Ein clesia. Non tamen tolerandi, sed vitandi, ideoque nec
Schismatici. Nos putamus, *Infidelibus* nihilò meliores, ideo-
que nec in Societatibus Christianorum tolerandos, etiamsi no-
mine se à Judæis, Gentilibus, & Muhammedanis distinguant.
- (d) Benè Dürrius in *Proleg. ad Disp. cit. vocat subtilem Genti-*
lium Philosophiam, Phrasibus tantum Scripturæ obiectam. Et
Christum pro viro pio habuisse quoque dicitur Josephus, &
multi Gentilium; quem Socinianorum solum quidam in-
vocant, non adorant, juxta §. XV. *Not. (t)*

turalista, ne dicam, Ethnicus subtilis exponeret; unde non tantum multi eorum ad Muhammedanimum facile defecerunt, (e) sed & convenientia inter utrosque, nempe inter *Socinianos & Muhammedanos*, satis ostensa est, (f) *Baptismum* objicis? Neque hunc quidem *verum validumque* esse, multi nostratium statuunt. (g) Idque eo magis,

- (e) V. gr. Alciatus, de quo Beza Ep. XVI. & Neuserus, circumciscus Constantinopoli, de quo Spanh. l. c. Add. quem hic allegavit, Hottinger. in Hodego P. II. & Act. Er. 1707. p. 17.
- (f) Mahumedani & Vetus & Novum Testamentum, utut per lacunas tantum, recipiunt, & plerisque in locis corruptum & interpolatum. Sociniani quantum utrique tribuant auctoritatem, ostendimus ab initio. Subtiliores tantum sunt, quam plebs Muhammedanorum. Hinc Andr. Proceus, Autor *Metaeologiae Socinianae*, scripsit *Mahumetologiam Socinianam*, sive *Discursum*, quod Sociniani cum Alcorano Turcico conspirent. Hottinger. *Disp. de Consensu Socinianismi & Mahumedanissimi*. Marcus la Croze in *Diff. Hist. Roterod. editis*, *Comparisonem inter Socinianos & Mahumedanos*. Leydenfes judicia tulerunt An. 1598. & 1657. *Doctrinam Socinianorum propemodum esse Turcicam*. Conf. Spanh. *El. Contr. cum Socin.* p. 14. sqq. Carol. Mem. H. E. ad An. 1638. p. 911. Ipsique Sociniani ex Alcorano suam *Doctrinam* probare tentarunt.
- (g) Sic è Reformatis Juris, postquam Socinianos Christianos esse negaverat, utpote praetextus tantum gratia Verbum Dei retinentes, *Baptismum* quoque ab iisdem administratum, validum esse negat; nec tamen rejicit contrarium statuentes. Conf. Act. Er. 1688. p. 607. 609. 610. & Ann. 1685. p. 528. An. 1687. p. 146. sq. E nostratibus Olear. l. c. p. 167.

magis, quòd ipsi Baptismum nostrum pro valido non habent, (h) Nos quidem Baptismum apud ipsos, dum ad nos transierint, haud repetere consuevimus, ne intentioni Ministri omnia, sed potius Gratiae Divinae adscribamus, imprimis si preces suas jungat Ecclesia; nihilominus *Communione* per *Eucharistiam* cum ipsis evitandam omnibus modis, asserimus, (i) atque etiam, quem admodum nos illi, (k) sic nos iterum pro *Atheis*, (l) *Naturalistis*, *Libertinis*, (m) & *Idololatriis*, (n) & praefertim

H 2

167. *Quid verò de Baptismo illorum judicandum? Sane si extra nomen Christianum eos jure colloces, nec nisi equivocè Christianos appellandos censeas, non verus inter eos Baptismus Christi haberi potest.* Hinc apud eundem p. 168. Baptismus Socinianor. ab Æg. Hunnio dicitur nullus.

(h) Vid. supra §. XVIII. Not. (c)

(i) Hoc in peculiari Diff. de Communionem per Sacramentum Coenae cum Hæreticis, maxime Socinianis, contra Script. Anonymum, probat D. Olearius Lips. 1710.

(k) Vid. Olear. l. c. p. 173. sqq. ubi pro Atheis, Anti-Christianis, & vix *Christi nomine* dignis nos habent, & Salute Æternâ privant. Serveti quoque convitium erat, omnes Trinitarios esse Atheos, de quo inter eum & Ministros Genevenses actum. Vid. Calvin. contr. Servet. p. 82.

(l) Vid. Gabriel. Wedderkopffii Dissertationes duæ de Atheismo, imprimis Socinianor. Conf. supra §. V. Not. (c) Vaninus etiam Trinit. & Divinit. Christi negabat, de quo Jæger. H. E. p. 283.

(m) Vid. supra §. III. sq.

(n) Quidni, qui nos Idololatrias vocant, ipsi potius tales sint? prout

fertim pro *Anti-Christis*, & *Anti-Christianis* (o) eosdem reputamus, quicquid etiam nobis isti blandiantur, (p) eorumque *veneno medicinam* opponere, quovis studio annitimus. (q)

prout monstravit D. Wideburg. Progr. de Idololatria Socinianor. Helmst. 1701.

- (o) I. Joh. IV, 3. *Omnis Spiritus, qui solvit Jesum, ex Deo non est, & hic est Anti-Christus.*
- (p) Vid. Olear. l. c. p. 169, ubi Ostorodus: *Zierinne sind wir allen anderen ungleich / daß wir niemand wegen seiner Meinung verdammen.* Sed & hoc falsum esse, paulò ante ostensum, & perniciosissimum Socinianorum dogma, quod ipsum arguit Naturalismum.
- (q) Hornbec. l. c. *Quo magis sive clam, sive palam, sive proprio nomine, sive sub alieno, se quaqua versum ingerit Socinianismus, eò solertius, & validius ei omni modo occurrendum, Politicè, Ecclesiasticè, quodque utrique inservit, etiam Scholasticè, id est ut in Academiis diligenter instruantur studiosi, de malitiâ & contagio istius heresis, quibus se artibus vulgò insinuet, quibus nitatur rationibus, tum quo pacto, & quibus argumentis confundi & destrui possit.*



00 A 6466

ULB Halle 3
002 937 239




Sb.

VO 17

240 ✓

HL 74







28

DISPUTATIO THEOLOGICA
DE
CONTROVERSIIS
CVM
SOCINIANIS

QVAM
PRÆSIDE
JONA CONRADO SCHRAMMIO
TH. D. EIVSQVE PROF. ORD. ET PHIL.
EXTRAORD.

DOMINO SVO PATRONO AC
PRÆCEPTORE

OMNI OBSERVANTIA PROSEQVENDO
D. XXIX. NOVEMBRIS MDCCXXI.

DISCVTIENDAM PROPONET
AVTOR RESPONSVRVS

GEBH. HENR. EINVVALD

BRVNSVICENSIS.

HELMSTADII,

TYPIS JOHANNIS STEPHANI HESSII.

